

R E L E C T I O
Fratriis Dominici Soto Segobriensis, Theologi ordinis Prædicatorū,
Cœfareę maiestati à sacris confessionibus, De ratione tegendi
di & detegendi
secretum.

Secunda æditio nuperrimè ab Authore recognita, multisq; in locis aucta, & à mendis quam maxime fieri potuit, repurgata.



SALMANTICÆ,
Excudebat Andreas à portonarijs.
M. D. LII.

ILLVSTRIS-
M O D O M I N O A C R E-
uerendissimo præfuli. D. Ioanni
à Toleto, sancte Romanæ eccle-
siæ cardinali, Burgensiq; episco-
po, ex ordine prædicatorum af-
sumpto, suus frater Dominicus
Soto eiusdem ordinis. S.

AV D nescio Præful clarissi-
me, q̄ sit libellus hic impar quē Do-
minationi tuæ, aut nuncuparem, aut
certè Romanam mitterem. Verūm ta-
men cùm mecum soleas (quæ tua hu-
manitas est) identidem expostulare, cur quæ in gy-
mnasio publicè dictamus, quæq; auditores tumultua-
riè codicibus excipiunt, non aliquādo exacta & po-
lita prælo permittimus, animum subiit, has D. tuæ
meditatiunculas exhibere, de quibus, quæ nos cætera
præstare possumus, facile conijcias: atq; adeò, aut ri-
gorem tu iubēdi remittas, si indigna iudicaueris quæ
in lucem prodeant, aut si diuersa fortè steterit sentia,
timorem ego temperem obsequendi. Vereor nā-
que, hoc me quoq; nomine traducere pergas: sanè quē,
postq; a seculi vndis, cathedris (inq;) alijq; id genus
scholarum nominibus, in hunc me religionis secessum

recepī, nunq; (quod votis omnibus optaueram) latē-
re stuisti, Nam quòd patres huiusmodi sacerdotalibus
titulis mundo me rursus prodiderint, tuū certè stu-
dium fuit, tuāq; prorsus authoritas. Adeò enim D.
tuæ animo sedet cùm literarū omnium, tum maxime
sacrarū studia fouere & locupletare, vt quantulam
nos cunq; accessionē ad eam rem facere possimus, nō
neglexeris. Verūm enim uero dum fidem hac ratione
religionemq; sanctissimè colis, agis profectò nihil ali-
ud, q̄ quod vobis gentile est ac domesticum institu-
tum. Vesta enim Albanorū domus, tāetsi vtroq;
parente regibus ædita, ob hoc tamē apud nostrates
clarissima habetur, q̄ præse semp tulerit, fidei, chri-
stianæq; religioni, honorem & cultū summa obser-
uatione deferre. Vnde ducibus vestris semper id so-
lenne fuit, vt nullum vñquā Hispania Mauris, Tur-
cis, alijq; barbaris Christiani nominis hostibus bel-
lum indixerit, quo nō se se armauerint primi, sanguine
nēq; & plurimi animas fuderit. Testis est vel Afri-
cana illa expeditio: ubi frater tuus Garsias à Tole-
to, quem honoris gratia nomino, pro patria, pro fide
& religione tam se generosè deuóuit. Sed & in
longa illa expugnatioē regni Granatæ, quæ tātum
Hispanis negotiū faceſſiuit, tantoq; sanguine con-
ſtitit, q̄ se vestri streunuè gesserint, illustris corona
perpetuo fuerit testimonio, quā de capta tūc signo-
rum ac vexillorum turba insignibus vestris circun-

dederūt. Quā ergo fidem armis tui, ac rebus clarē
gestis propugnārunt, hāc nimirū, si moribus tu &
literis omni authoritate & studio operē pretiū du-
xeris afferere, extollere & amplificare. Quocirca
cū tu Præful reuerendissime domum hanc tuā, vn-
de ad istum ordinem summūq; senatum assumptus es,
amplissimis ædificijs, monumentisq; excornes, modisq;
omnibus augēre & nobilitare studeas, tamē ego, cu-
ius interest officio publico gratias referre, nihil gra-
tiū D. tuæ viciſſim rependere possum, q̄ literaria
hēc munuscula. Quæ, quātulacūq; sint, ac
ceptare (vt reor) nō dēdignaberis:
quādoquidē nō minus regiū est,
exigua libenter accipere,
q̄ ampla magnificè
tribuere.

Vale.

• A R N O L D V S S C H V R E R I V S •
Brabantus Lectori.

Quām canit Ausonius vates, non ambo placere,
Multa loqui, & summa cuncta silere fide:
At Cato, Simonides, contrā cælanda putārunt,
Sic & Aristides: nē Metanœa premat:
Ac honor, & nomē clarū (ab Ioue quæ inq̄t Homē
An curāda pbis, an remouēda forent? (rus)
Certus vt hic fias, librum hunc Amplissime Lector
Sumito, quo, Soto iudice, doctus eris.

¶ Relectio Fratris Domini - ci Soto Segobiensis, Theologi or- dinis Prædicatorum, Cesaree maiestati à sacris confessio- nibus, De ratione tegē- di & detegendi secretum.



ROVIDENTER maiores nostri, pa-
tres grauissimi, concioq; bonarū literarū
studiosissima, & resapienter explorata, in-
stituerunt, vt de cunctis quæ annis singulis
publicè legim⁹, selectū aliqd relegeremus:
sanè quod paulo esset accuratiū elabora-
tum, pro cuiusq; ingenio suis numeris ab-
solutū. Enimuero, Quām relego (ait quidam) scripsisse pudet:
nam plurima cerno, Me quoq; qui scripsi, iudice, digna lini, At
qui cū plerāq; omnia quæ anno præsenti de præclarissima vir-
tute iustitiæ interpretati sumus, ardua quidem sint, atq; adeò co-
gnitu tum iucunda, tum etiā in primis necessaria, tamen extam-
varia supellectile hoc vnum argumentum & vos impediò ef-
flagitastis, & nos potissimum iudicauimus, de quo reelectionem
hanc conficeremus: quod est. De ratione tegendi & detegendi se-
cretum. Nam inter ea quæ ad vitā humanā præcipuum habent
momentū, id profectō nec in postremis est, si pro dignitate per-
pendamus, qua ratiōē tacēre, quāue proferre debeamus, quē no-
bis sunt secretō concedita, ac fidei nostræ commissa. Vt n. arca-
num amici temerē effutire nō modo vanitas est, sed iniquitas, at
q; adeò infidelitas, ita contrā, tunc occultū cælare crimē, quādo
magistratus via id & ratiōē percontatur, delictum est, Imo vero,
si crimen in perniciem spectet Rei publicæ, qui nō, vel sua spon-
te, illud statim defert, impius est, & patriæ proditor. Quocirca,
qui suam astrinxit fidem arcani tacēdi, inter scyllam se intelli-
Argumē-
tū operis

A 3

MEMBRI PRIMI.

gat, & charybdim nauigare. Quod Philippides ille, Lysimachus regi gratissimus, sapienter admonuit: nā cūm a rege rogaretur, quidnam sibi uellet suarum rerum impartiri, respōdisse fertur. Quidus ὁ rex: modò nequid arcāi. Et Aristoteles rogar⁹ quid in vita esset difficillimum, respōdit. Ea reticere quæ minimè esset opus vñquā efferri. Et Socrates faciliūs esse dicebat imperitis & malis hominibus flamniam ore inardentem continere, q̄ arcānum. At cūm argumentum hoc animo lustrare incipio, & membratim explorare, latiūs patrē video, q̄ vt vna relectione possit absolui. Etenim, si res a carceribus (quod aiunt) ad metā vñsq; tractanda est, accersere huc materias oportet de Correptione & denunciatione fraterna, de Accusatione & de inquisitione: quippe in quibus summa huius disputationis posita sit. Illic enim, cūm reis, tum etiam testibus periculum imminet, aut vñlandi quodius esset denuōciare, aut reuelandi quod neutiquā opū esset prolato. Ob idq; boni consilite, si dum relectionem instituere cæpimus, currēte rota, iustus liber exierit. Enim uero, quanq; hæc diuersis in locis vulgata, versatāq; sint, & apud theologos, & plurimū apud iuris consultos, tamē hoc haecēnūs delideratur, vt rationes vniuersæ tegendi & detegendi secretum in summa comprehendētur: quas tam prælati, q̄ subditi simul habeant ante oculos. Quod si pro expectatione vestra præstiterimus, non fuerit, puto, inutilis labor noster: sin minus, temeritatem accusate meam, qui materiam sumpserim, non meis viribus æquā. Nam & si cura nos publica Prioratus nostri, cui per obedientiam deesse non possumus, frequenter à quiete studiorum nostrorum interpellat, tamen nullam inde præteximus excusationem. Debussemus enim silēre potius, vt culpa careremus, q̄ quidpiam ædere, cuius veniam deprecareremur. Sed faxit Deus vt oratio nobis contingat digna, quæ à nobis, & in hoc vestro confessu, & de re grauissima habeatur.

*Prothec-
ma.*

*Distribu-
tio ope-
ris.*

QVAESTIO PRIMA.

Fol. 2.

re: quāq; lege ad id officiū teneantur mortales. Alterum, quo perscrutemur quibus de causis, aut sua quisque sponte, aut si quis fuerit interrogatus, iure debeat occultum crimen detegere. Tertium ac postremum, quo ostendamus quando quispiam vi & iniuria petitur secretum pandere, qua prudētia, quibusq; verbis se se licebit citrā mendacium protegere: atq; adeò, quid tum priūs perpeti debeat, q̄ vel se, vel aliquid prodat. Stylus vero scholasticus erit & peripateticus: quippe qui ad veritatem uestigandā & differendam lucidior est, atq; ad concludendam & iudicandam aptissimus. Sint enim quis ipsi latinissimi, qui res scholasticas oratoriè tractant, nosq; barbaros existiment, tamen nunq; eas poterunt eo dicendi genere, de suis cuiusq; principijs efficaciter ratiocinari, & perspicuē definire. Nos verò vniuersis literarum studiosis morem geramus: eō vel maximè, quod multis licet, citrā eloquentiam Ciceronis, esse theologis.

MEMBRVM PRIMVM.

Quæstio prima.



TRVM CAELARE SECRETUM sit officium fidei. ¶ Ad partē negatiuam arguitur. Fides est virtus intellectualis: sed secretum seruare est virtus moralis: ergo seruare secretum non est officium fidei. Quod si dixit præter fidem intellectualē, aliam esse fidem moralem, replicatur hoc modo. Fides moralis est pars & species iustitiae: imo fundamentum totius iustitiae, vt author est Cicero primo de offi. cap. de iustitia: sed seruare secretum non est actus iustitiae: ergo nec est actus fidei. Probatur minor. Seruare proprium secretum non pertinet ad iustitiam: iustitia enim (inqt Aristoteles. Eth.) est ad alterum: quare hominis ad se ipsum nec iustitia est, nec iniustitia: cælare autem alienum secretum est opus charitatis & amicitiae: quod verbis propositis Salomonis insinuat. Qui fidelis est, seruat amici commissum: ergo

A. 4

neutrūm

neutrum secretum seruare est actus iustitiae. ¶ Secundò arguitur. Velare, aut, pro ratione, reuelare secretum, pertinet ad prudentiam, cuius est discernere inter tempus tacēdi, & tempus loquendi: vnde Prouer. 10. Qui moderatur labia sua prudentissimus est: & capite. II. proximè ante prouerbium thematis. Qui despicit amicum suum indigens corde est: vir autē prudēs tacebit: id est. tacebit in publico, occultè autem castigabit: vt habet glossa interlinearis: ergo cælare secretum, officiū potius est prudentiæ, q̄ fidei. ¶ Tertiò & postremò arguitur. Secretum temerè & sine cauſa effutire, hoc vanitas est, & incontinētia: etenim, vt docet Arist. septimo Eth. cap. quarto, quanquam continentia, absolutè dicta, circa solas versetur voluptates tactus: tamen, cùm addito dicta: ad alias etiam affectiones extēditur: est enim quis incontinentis honoris, aut iræ, atq; adeò linguae: quo circa, qui temerè secreta profundit, vaniloquus appellatur. At qui secretum, præter rationem, metus cauſa reuelare, contrariū est fortitudini: vt cū quis in eculeo leui tormento victus, crimen prodit, de quo iniuste interrogatur: ergo cælare secretum: officiū propriū est: aut continētia aut fortitudinis, q̄ iustitiae, atq; adeò fidei. ¶ In contrariū est prouerbium propositum: vbi qui reuelat arcana, fraudulētus appellatur: atq; adeò, fidelis, qui cælat amici commissum.



E C R E T O R V M aliud est de re propria eius q̄ secretū apud se cōtinet: aliud verò est de re aliena. Et quia hęc varias habēt considerationes, tres erūt quęstiones in hoc primo mēbro. Prima de secreto in genere: altera, de secreto alieno: & tertia, de secreto cuiusq; apprio. ¶ Sed ante solutiōem primæ quęstionis, circa expositiōnem terminorū non tacitus præteribo, esse quosdam, qui hoc nomine, secretū: quod in scholis frequentissimū est, scrupulosē vtātur, pro eo quod est arcanū & occultum: insinuātes nō esse in hac significatione satis latinū. Sed nihilominus, quanq̄ secretū idem est quod separatum: vt est illud iuris consultorū: Secretorum secreta est ratio, id est. Diuersorum diuersa est ratio, atq; iudiciū: vnde secretò loqui: est in secessu & sine arbitris loqui: tamen profectò id ipsum quod quis secretò loquitur, secretum etiam latinè dicitur. Nam apud iurisconsultos, latinitatis non negligentes, nō rarus est vsus huius nominis in hac significatione.

catione. Vt. ff. de re militari. I. Omne dilectū. Exploratores qui secreta nunciant hostibus, proditores sunt. Atq; adeò Quintili anus in altera declamatione, p cæco, non semel vtitur hoc nomine. Poterā (inquit) iudices secretum hoc senis, profundumq; vocare consilium. Sed de hoc satis. ¶ Quod tamē ad rē attinet, loquimur primū omniū de secreto in tota disputatione forma liter: nēpe de re quę suapte natura digna est vt secreta seruetur: scilicet, quę aut mala est & peccatū, aut cuius reuelatio est perniciosa. Ad hunc enim modum loquūtur homines de secreto: nam virtutes & opera quę ad gloriā hominis spectāt, non sunt cēlatu digna: nec appellātur secreta, Quapropter cæci illi euangelici Matth. 9. nihil fecerūt contra virtutem, diffamantes Christum de miraculo: nam, vt ait illic Hieronymus, dominus propter humilitatem fugiens iactātiam hominū, præceperat ne se diffamarent: & illi propter memoriam gratię, nō potuerūt tacere beneficium. ¶ Secundò notandum est q̄ secretum & occultū & (quod his opponitur) manifestū, multis modis dicitur Secretum multiplex ut videbimus in fronte statim secundi membra: tamē in praesente quęstione secretum vocamus, quicquid nec est notoriū, nec infamia proclamatum. Ita vt dicamus secretū, quicquid ab ecclesia toleratur: vt habetur cap. Vesta. De coha.cle. & mul. Tā et si varij sint gradus secretorum: nā aliquod est omnino secretum, quod præter Deum, solus ipse nouit, qui crimen admisit, aut forsan confessor. Alio modo accipitur secretū: pro eo quod iuridicē probari non potest: vt quādo vñus solus est testis sine alijs indicis. Tertio modo dicitur secretum: quicquid nō est in iudicium delatum, nec publica infamia laborat: licet possit probari. Et quanto secretum inter pauciores continetur, tanto grauius scelus est illud prodere. Sed de his omnib⁹ generaliter mota est quęstio. ¶ Tertiò notandum est q̄ nomē fides, duplex est & æquiuocum ad duas virtutes: alteram intellectualem, & alteram moralem. Significat enim primò habitum & virtutem plex. Fides duplex. cuiuspiā adhæremus. Quemadmodū Aristotleles in Top. li. 4. Fides (inquit) est opinio cum vñhemētia: id est, assensus sine hęsitatione. Quę quidem ad presens negotiū nihil attinet. Significat secundò habitum voluntatis, qui & fidelitas nuncupatur, quo dicta & promissa factis complemus, & certa facimus. Quo modo

MEMBRI PRIMI.

modo accipitur illic, Accipe, daq; fidē. Quā graphicē describit Cice. i. offi. ca. de iustitia, dicens. Fides est dictorū cōuentorūq; cōstātia & veritas. Et dicitur fides (qd' pr̄ter Ciceronē adnotauit etiā August. li. de mēdacio, ca. 20.) quia sit q̄ dicitur. Id. n. pr̄ se ferūt duæ illæ syllabæ si des: quarū prior insinuat, facere, posterior verò dicere. Quā virtutē tāti fecrē Romani, vt statuā ei, Iouis optimi vicinā, in capitolio statuerēt. Quod ex oratiōe Catonis refert Cice. offi. li. 3. Et vſq; adeo ē semp coluerūt, vt p̄ fide, vel hostibus seruāda, Marc⁹ Regul⁹ mortē oppeteret. Et de hac loquimur in p̄sentiarū. ¶ Sed quia hoc plurimū ad notitiā dicēdorū cōducit, notandū est quartō, duplīcem esse, id genus fidem: alterā quidē quē ȳ satur circa debitū legale: quod est ve- rē & iure debitū: quale est in cōmercijs & cōtractib⁹ ciuilibus, in qbus est ratio dati & accepti. V.g. Fides est, emptorē statuto tēpore, p̄missum preciū persoluere: & cōiuges mutuas sibi ope ras impēdere: & ciues principi parēre: ac deniq; , principē q̄ tri- buta populi recepit, ciues vicissim armis tueri, ornare morib⁹, & legib⁹ emēdare. Quod sonat illud euāgelij: *Quis putas est fi- delis seru⁹ & prudēs, quē cōstituit dñs sup familiā suā*, Matt. 24. Et hui⁹ modi fides nulla ratiōe à iustitia separatur, imo est ipsa iustitia: atq; adeo p̄ oēs materias iustitię diffundit. Et de hac loqtur Cic. loco citato: vbi dicit, fidē fundamētū esse iustitię: vt pote q̄ omnis iustitia inde pēdeat, si certū quisq; faciat qd' di- cit. Vnde, ī vsum abiit mortalib⁹, vt q̄ties qs iniuriā paſſus est, deorū hominūq; fidē imploret. Alia vero est fides & fidelitas quē ȳ satur circa debitū morale, qd' nō est absolutē debitū, sed ad quādā naturalē p̄tinet honestatē. Vt si quis quid ex liberali- tate sua & bonitate, p̄misit, fides est vt impleat. Quod sapiēs ad monet. Eccē. 5. Si qd' vouisti Deo, ne morēris reddere, displicet n. ei īfidelis & stulta p̄missio. Et huiusmodi fides nō est p̄prie iustitia: nā vbi debitū fūdatur ī sola liberalitate & bōitate pro- mittēt, nō est vera ratio debiti: nec est, p̄inde ītegra ratio iustitię. Est tamē, vt docet. S Tho. 2. 2. q. 80. pars potētialis iustitię nā partē potētiale cardinalis virtut̄ vocāt philosophi illā ȳtutē, ī qua nō est tota ratio talis virtutis cardinalis: sed, ppter similitu- Prima cō dinem reducitur ad illā: velut liberalitas reducitur ad iustitiā. clusio. ¶ HIS p̄notat̄ respōdetur ad q̄stionē trib⁹ cōclusionibus. Pri- ma secretū seruare alienū, ē officiū fidei. Probatur. Act⁹ exteri- or, illi⁹ potētię & ȳtutis est, cui⁹ p̄priū obiectū p̄ximē mouet ad talem

QVAESTIO PRIMA.

Fo. 4.

ad talē actū, & p̄priē intēditur p̄ illū: vnde dimanauit regula illa philosophorū. Habit⁹ & p̄prius act⁹ ȳ santur circa idē obiectū. Vt visio iudicatur esse, p̄prius actus potētiae visiū, quia color, qui est, p̄priū obiectū illius potētiae, proximē mouet ad talē a- ctū: & dare eleemosynā est act⁹ misericordię, q̄a miseria, quē est obiectū misericordiæ, mouet ad talē actū: & subleuatio miserię intēditur p̄ illū: sed, p̄priū obiectū fidei, vt expositū est, est face- re quod qs dixit, & implere quod p̄misit: & hoc est qd' mouet ad seruādū secretū & quod intēditur per talē actū: ergo serua- re secretū est officiū fidei. Exponitur minor. Senator, aut cano- nicus, aut quēcūq; p̄sona publica astringitur iureiurādo seruare secretū senat⁹ aut capituli: fides ergo est quē iclinat ad seruādū tale secretū. Et eadē ratione; si p̄sona priuata, data fide secreti, re cepit arcanū alteri⁹. Sed qui visu aut relatiōe tertię p̄sonę nouit crimē alienū, quanq; expressē nō promiserit secretū, cēsetur tñ virtualē promisisse: ppter vinculū & ius naturale quo quisq; tenetur seruare secretū p̄ximi vt q̄stioē sequēti manifestabitur. ¶ Secunda conclusio. Seruare secretū ad quod quis tenetur ex officio publico aut legali debito, ē officiū fidei, quae est p̄ sub- Secūda cō- iectua & propria species iustitię: sed seruare secretum ad quod clusio. qs ex honestate solū naturali obligatur, est officiū fidei, quē est p̄s potētialis iustitię. V.g. Senator aut canonic⁹ & quicūq; pu- blica astringitur fide, virtute iustitię tenetur seruare secretū pu- blicū: & episcop⁹ secretū papæ: qd' iurat seruare. ca. Ego episco- pus. De iureiurādo: quod si reuelat, cōmittit iustitiā: & grauio- rē ex genere suo, q̄si nō redderet mutuū aut furtū. Et maiori ra- tiōe sacerdos tenetur vinculo iustitię seruare secretū cōfessionis quia hoc illi incūbit ex officio. Imo verò sacerdotem seruare se- cretū, nō solū est iustitia, sed religio: atq; adeo reuelare: nō solū est iniustitia, sed sacrilegiū. Sed inter p̄sonas priuatas: q̄ data fi- de recipit arcanū amici, tenetur illud abscondere de iustitia: velu- ti tenetur qs seruare depositū. Atq; adeo, q̄ p̄ iniuriā extorsit ab alio secretū suū, tenetur illud seruare: sicut fur tenetur restitu- refurtū. Vt si qs literas alienas aperuit, ppter q̄ grauiter pecca- uit, obnoxius est secreti seruandi. Atverò quādo qs visu, aut re- latione tertię persone secretū nouit, tunc non propriè de iusti- tia, sed de honestate naturali tenetur illud seruare. ¶ Colligitur ergo quod seruare secretum proximi, est propriè officiū fidei, vt habetur

MEMBRI PRIMI.

vt habetur in ybis thematis. Ob idq; in epistola Philiberti epis copi. 22. q. 5. cano. De forma. inter sex officia fidelitatis quæ seruus debet iurare domino, secundū est, de secreto seruādo. ¶ Colligitur deinde, huiusmodi fidei partē esse iustitiæ: & ideo Ioseph sponsus Virginis vt iustus commendatur ab euangelista, Matth. 1. qui de flagitio spōsæ, quod fortè fuerat suspicatus, vt putat August. noluit eā traducere: idest, prodere & diffamare:

Tertia cōclusio. quia id probare non poterat. ¶ Tertia cōclusio. Seruare secretum de re propria, non est propriè officium fidei, sed cōtinentia, & charitatis, qua se quisq; tenetur diligere: & famē suę consulere. Prima pars persuadetur illa replica primi argumēti principalis: nā fides est pars iustitiæ: hominis autē ad seipsum nec iustitia est nec iniustitia. Secunda pars est manifesta: nā qui secretum suum temerè reuēlat, vanus est, & incōtinentis lingua, atq; adeo suæ prodigus fama.

¶ A D P R I M V Argumentum responsum est in secundo notabili. Et ad replicam pro priori parte respōdimus modò in tertia conclusione. Sed ad secundā negatur q̄ seruare secretum alienū sit proprius actus charitatis aut amicitiæ: at remotè imperatur a charitate: nam charitas, quia est vniuersalis virtus, habet imperiū super omnes alias virtutes, & omnes mouet ad suum finē. Ut charitas patriæ mouet ad aggressum bellicū: qui tamen est proprius actus fortitudinis: & charitas propriæ psonæ mouet ad ieiunium, ne nocet cibus: qui tamē est proprius actus temperatiæ: & ad hunc modum charitas amici mouet ad seruandum eius secretum: qui tamen est actus fidei. ¶ Ad secundum argumentum principale respōdet Aristoteles. 6. Eth. cap. 12. vbi dicit q̄ virtus facit rectam intentiōem & propositum finis: sed prudentia disponit & inuenit media quibus illū consequimur. Ut fortitudo facit propositum strēnuè agendi in bello: sed quando expedit aggredi, quandoue receptui canere, hoc prudentia discernit. Et temperantia facit intentionem comedendi quantū conuenit valetudini: sed quādo oporteat aut non oporteat comedere, hoc ostendit prudentia. Eodem modo, fides est quæ inclinat vt nō reueletur sine caussa secretum: sed quando oporteat velare, quandoue reuelare, hoc dirigit prudentia. ¶ Ad tertium respondeatur q̄ nihil vetat idem opus à duabus virtutibus, etiam particularibus, aut à duobus vitijs,

ab uno

Q VAE S T I O S E C V N D A.

Fo. 5.

ab uno proximè, & ab alio remotè dimanare. Et hac ratione, quanq; reuelare secretum sit proprium peccatum infidelitatis, nascitur tamen quādoq; ex defectu continentiæ, & quandoq; ex defectu fortitudinis. Nam virtutes sunt cōnexæ: & ideo, una sublata, reliquæ fiunt debiliores, neque habent iustū gradum virtutis.

Q VAE T I O S E C V N D A.

T R V M S E R V A R E S Ecretum proximi sit sub præcepto?

¶ Ad partem negatiuam occurrit in primis exemplum Christi seruatoris nostri, cuius nos admonet Paulus Eph. 5. vt simus imitatores, qui crimen proditoris Iudæ cæteris Apostolis nunciavit dicēs. Vnus ex vobis me tradet, Ioā. 13. & interrogāti Ioāni, Domine quis

est? respondit: Cui ego intinctum panē porrexero. Et, vt de thesauro scripturæ noua proferamus & vetera, Leui. 5. præcipiebatur. Qui audierit vocem iuratis (scilicet falsò) testisq; fuerit &c. nisi indicauerit portabit iniquitatem suā. Vnde colligit Augustinus, vt refertur. 22. q. 5. cap. Hoc videtur. q̄ non solū ante peccatum admonendus est frater, ne peccet, sed postq; peccauit, quāuis peccatum sit secretum, denūciādus est illi qui possit prodefe & non obesse. Et, vt ab vtroq; iure testimonium petamus. ff. De iniurijs. habetur, eum qui innocentem infamauit non esse bonum & æquum ob eā rem condemnari. Peccata enim nocētum nota esse oportere & expedire. Ergo seruare secretum crimen, non est sub præcepto. ¶ Secundò arguitur. Omnia præcepta necessaria ad salutem, cōpræhenduntur sub decalogo, secundum illud Matth. 19. Si vis ad vitā ingredi, serua mādata: & subiectuntur solum præcepta decalogi. Non homicidium facies, Non adulterabis &c. sed nō constat quo præcepto decalogicō præhēdatur secretorum fides: ergo nō est præceptum. ¶ Tertiò arguitur. Non videtur minus malum prænunciare peccata futura, q̄ denunciare præterita: sed licet astrologo prænunciare hominum peccata quæ de astris & complexiōe hominum constat



MEMBRI PRIMI.

iestat, ut etiam habetur. Item apud Labeonem. Si quis astrologus. De iniurijs, dummodo id non faciat arte magica: nam tunc vltore gladio puniendus est, ut iubetur. Nemo. C. De maleficiis & mathe: ergo licet & peccata præterita reuelare. ¶ Et confir. Historici multa enarrant peccata, quæ vel erant occulta, vel non fuissent adeo publica, si non historijs proderetur: ergo seruare secretum non est sub præcepto. ¶ Sed in contrarium est, quæ opera iustitiae sunt sub pcepto: de quo admonemur Matth. 7. vt quæcunq; volumus faciat nobis homines, hæc & nos facimus illis: sed fidelitas est ps & species iustitiae, & seruare secretū est fidelitatis officiū, vt dictū ē: ergo seruare secretū est pceptū.

V A M V I S S V P E R I O R I Q V A E-
stiōe definitum sit seruare secretum esse virtutem, supereft tamen sub iudice an sit sub pcepto: nam sunt virtutes multæ ad vitæ perfectiōes spectantes, quæ non sunt nisi sub consilio: vt de paupertate insinuauit Christus iuueni illi Euangelico, Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes &c. & de virginitate dicit Paulus i. Cor. 7 pceptum domini non habere, consiliū autem dare. Atqui, dum quærimus an fides secreti sit sub præcepto, loquimur de secreto formaliter: id est, de re quæ suaptæ natura digna est ut secretò seruetur, nempe quæ mala est, aut mali causa. ¶ Respōdetur

Prima cōclusio. ergo ad quæstionem quinque conclusionibus. Prima. Ad fiduciō. dē alieni secreti, quod est de re proximi, naturali iure tenemur, diuino, atq; humano. Conclusio receptissima est omnibus philosophis & theologis: sed locos seruari oportet, a quibus veritatem eruamus. Et quod sit ius naturale cælare secreta quæ sunt peccata, probatur primo ex ipsa peccatorū natura. Hoc n. differt inter virtutū opera, & vitiorū quod natura virtutum, quia bonæ sunt, est, ut manifestentur: sed peccatorū natura: quia mala sunt, est, ut contingantur, nec, nisi ex necessitate correptionis aut punitionis, detegantur. Qualia. n. sunt rerū principia, talem fortiuntur & naturā: procedunt autem virtutes à naturali lumine, peccata verò ab ignoratiā: nā omnis prauus ignorat. 3. Eth. cap. i, sunt ergo virtutes suapte natura dignæ quæ palam fiant, peccata verò sunt calatu digna. Vnde, mos scripturæ est peccata vocare tenebras, virtutes verò lucē. Ut Io. 3. Dilixerūt hoīes tenebras, magis q̄ lucē. Et Ro. 13. Abiiciamus opera tenebrarū,

&

Q V A E S T I O S E C V N D A.

fol. 6.

& induamur arma lucis. Et Esa. 3. reprehendūtur qui peccata sua sicut Sodoma prædicauerūt. Sed Matth. 5. præcepit Christus vt luceat opera nostra bona corā hominibus: & natura, ea q̄ in nobis imperfectiora sunt contecta esse voluit, faciē vero voluit cōtra, patere. Est ergo contra naturā crimina detegere, nisi correctionis gratia ordine seruato iuris: atq; adeo præceptū naturale est secreta cælare. ¶ Et confir. hæc rō. Amicitia, q̄ hominibus tā est necessaria, nulla sane esse posset, nisi peccata & praua hominū corda occulta essēt. Nā si mala q̄ tu secretō admittī, cūctī effēt manifesta, qs te, p̄sequeretur amore? Et si q̄ alij i corde cogitāt mala, tibi effēt cōperta, quē posses vñq̄ amare? Reuera p̄clarē nobiscū actū est, cū hominū mala Deus & natura occulta esse voluerūt, vt, vel hac ratiōe, amicitia inter homines coālesceret. ¶ Secunda ratio sumitur a dāno dato, & procedit nō solum de secreto peccato cuius reuelatio effet infamia, sed de omni secreto cuius reuelatio effet pernicioſa: vt si quis latentē proximi theſaurū aperiret latronibus, aut latētem hominē p̄deret hosti bus. Ratio est huiusmodi. Naturale vīculum charitatis est vt, p̄ximos sicut nos ipsos diligamus. Matt. 22. cui p̄xima est illa generalis iustitia, vt quæcunq; volumus vt nobis faciat homines, hæc & nos faciamus illis, atq; adeo (vt est in libro Tobiæ) q̄ nolumus ab alijs nob̄ fieri, nec nos alteri faciam⁹ vñq: vnde lex p̄det & prophetæ: id est, omnia p̄cepta iustitiae, tā affirmatiua, q̄ negatiua: sed quicūq; mortaliū recta ratiōe cupit vt quod alteri secretō cōmisit, secretū seruetur, vt pote vnde honor & fama, & s̄p̄is līmē vita p̄det: ergo æqua ratiōe, quicūq; naturali iure cōstrīgitur simile officiū alteri vicissim p̄stare. ¶ Tertia rō sumitur à fine. Necesitas. n. & rō mediorū a fine sumēda ē, autore Arist. 2. Phy. tex. 88. Sed i vita hūana necessariū ē alios alijs arcana sua cōmittere & credere ad capiēdū cōſiliū futurorū, vel ad leuādā & exonerādā tristitiā & egritudinē animi, ad aliasq; p̄multas vtilitates quas affert sapiētiū amicitia: sed si hoīes nō astrigerēt ad fidē secretorū, non effet q̄ hæc cōmitteret amico: ergo fides secretorū ē sub p̄cepto naturali: aliās multa & egregia cessarēt amicorū officia. ¶ Et cōfir. hæc ratio. Lex naturalis est vt res & cōſilia publica nō temerē cōmittātur cuicūq; de plebe, sed sit senatores & rectores spectatæ virtutis & prudētiae, quorū fidei cōcedātur: hocverò cōſeruari nō posset nisi effet secretorū fides ergo.

M E M B R I P R I M I .

ergo ad fidem secretorū, psonæ p̄fertim publicæ tenētur: q̄ vel maximè manifestū est tēpore belli: nā tūc capitale ē secreta rei publicæ hostib⁹ pdere, vt.l.Omne delictū. ff. De re militari. sanctū est. Atq; adeō postremo cōfirmatur cōclusio. Natura i hoc homines pduxit, vt in pace & trāquillitate cōuiuāt: est. n.homo suapte natura ciuile aīal, vt author est Arist. Eth.9.sed si hoīes hominū secreta detegerēt, maximē īde pturbatio, atq; adeō rei publicæ puerio cōmoueretur: ergo p̄ceptū naturale est, vt homines hominū vicissim secreta custodiāt. ¶ Quod autē secreto rū fides sit itē sub p̄cepto diuīo posituo, vel ex illo maximē cōpbatur Matth.18. Si peccauerit in tefraf tuus, corripe illū inter te & iīm solū: vbi Christus, vt mitissimus inedic⁹, sumopē sollicitus fuit, quō occulta crima nō fierēt manifesta, nisi omnib⁹ priūs tentatis, vt secretō corrigerentur. Imo verō, vsq; adeō fuit honoris nostris & famæ p̄tector, vt caueret, ne vel per cōiecturas occulta pximorū crima iudicaremus. Nolite .n. (inquit) iudicare & nō iudicabimini. Matth.7. Quod reuera ratiōi cōso nū fuit: nā in hac mortalī vita, in qua loc⁹ est p̄oenitētię & emēdationis, vtilis est, atq; adeō necessaria fama, tum peccatori ipſi vt resipiscat, tū etiā alijs pximis, quib⁹ hō bonæ famæ prodeſſe potest: ob idq; peccata i hoc seculo velāda deus esse voluit & cōtegēda, sed in die iudicij, vbi iā fama peccatorib⁹ nō erit necessaria, tūc expedit vt omnia ad manifestā vindicationē in publicū traducātur. Vnde. l. Cor.4. Nolite (inqt Apostol⁹) āte tēp⁹ iudicare, quoadusq; veniat Dñs, q̄ illumīabit abscōdita tenebrarū, & manifestabit cōſilia cordiū. ¶ Postremo, pbatur cōclusio ex iure humano. Nā primū vtroq; iure cautū est ne qs, nisi via iuris, alterius crimē pdat, vt. C.Defamo.libel.l.vni.vbi Valētinianus & Valētius ſtrictē admonēt, vt nemo quēq;, niſi in iudicio, diffāmet: atq; adeō, his q̄ extra iudiciū libellos famosos spargūt p̄œnā decernūt capit⁹. Quę lex i cōcilio Illiberritāo appbatur 5.q.i.c. Si q̄.vbi p̄terea anathematizātur q̄ id gen⁹ libellos in ecclēsia ponūt. Qua causa & q̄stioē Gre.ca. Quidā maligni. excō municauit quēdā q̄ libellū famosū pduxit. Et Adr.c.i.hui⁹ modi infamatores p̄cecepit flagellari. Nā p̄œna capitis non intelligitur niſi quando libellus infamatorius crima profert capita lia. Et. ff. De iniurijs. l. lex Cornelia. §. Si quis. accumulatur p̄œna hisce infamatoribus, vt intestabiles sint: id est vt nec testamentum

Q V A E S T I O S E C V N D A.

Fol.7.

ſtamētum facere possint, nec ad testamentum, tanquam testes, adhiberi, vt exponitur. l. Is cui. ff. de testa. §. Si qs: quæ lex referatur in, c. Si testes. 4.q.3. ¶ Et confirmatur conclusio. Nam leges humanae non ſolūm prohibent quenq; niſi in iudicio diffamarī, ſed ne quis alium in iudicium deferat, niſi cuius crimen idoneis testibus, pbare poſſet: vt cauetur. C.de proba. l. fi. Quę lex recipitur iure canonico. 2.q.8. capit. Sciant. Nam crimen quod non probatur, p̄ falſo habetur in iure. Quocirca accuſator qui in accuſatione defecerit, decreto Damasi papæ pœna plectitur talionis, cap. Calumniator. 2.q.3. Et ibidem Adri. Qui non probauerit (inquit) quod obiecerit, pœnā quam ipſe intulerit patiatur. Et idem habetur. ff. ad Senatuscōſultū Turpilianum. l. 1. & C.de accuſ. l. fin. ¶ Et tertio confirmatur. Quia non ſolūm circa priuatas personas hoc cautum eſt vtroq; iure, ſed & prēla tis p̄aſcriptum eſt, ne crima puniāt, quamuis ſibi ſint nota, niſi in iudicio fuerint probata. Stant decreta cōciliorum Vare nē. & Aphri. cap. ſi tantūm episcopus & capit. Placuit. 6.q.2. vbi habetur, nullam iniuriam episcopo irrogari, ſi ei ſoli non credatur. Nam ſecretorum ſolus Deus & cognitor eſt & iudex. d.32. cap. Erubescant. Et hæc de ſecreto in generali. Nam de qui busdam ſecretis in particulari ſunt etiā iura. Vt de p̄œnitentijs & remiſſi. ſub grauiffima pœna cauetur ne ſacerdos q̄quo modo ſecreta confeſſionis reuelet. Et cap. Ego episcopus. De iure iura. episcopus iurat ſeruare ſecretum papæ. Et. 22. q.5. c. De forma. iubetur ſeruus eſſe fideliſ domino in ſecreto ſeruādo. Et. ff. de re militari. l. Omne delictum. §. Exploratores. plectuntur pœna capitis: qui exercitus ſecrata hostibus pandunt. Colligamus ergo. tripliſ nos iure conſtrigi ad fidem ſecreti ſeruandi. ¶ Secunda conclusio. Præceptum ſeruandi ſecretum, tametſi Scēndē habeat formam affirmatiui, eſt negatiuum. Probatur. Nam ſeruare ſecretum: eſt nō reuelare niſi ordine iuris: & ideo obligat ſemper & pro quoq; tempore. Quotiescūq;. n. quis reuelat ſecretum alterius, nocet illi: atq; adeo peccat. Itaq; pindē eſt ſeruare ſecretum: ac ſi dicas, non diffamare proximum: ſi ſecretum eſt de re infami, aut non dare dampnum, ſi ſecretum eſt de recu ius reuelatio eſt cauſa dampni. ¶ Tertia conclusio. Secretū alienū temerē & ſine cauſa reuelare, peccatum eſt ex ḡnē ſuo mor cluſio. B tale:

MEMBR I PRIMI.

talē leuiusquidē q̄ homicidiū & adulterium, sed grauius q̄ fur-
tum. Loquimur hic de secreto crimen: nā de hoc est principali-
lis intentio in tota relectione. Probatur ergo prima pars, Pecca-
tum illud est mortale ex genere, quod ratione obiecti est cōtra
charitatem: sed reuelare secretum est huiusmodi: ergo. Explica-
tur hēc minor. Propriū & per se obiectum, & malū quod sequi-
tur ex reuelatione occulti sceleris est infamia proximi: nam Fa-
ma est clara cum laude notitia: & qui reuelat crimen alterius p̄
se generat malam opinionem illius: sed per accidens est q̄ tale
crimen obijciatur peccatori in faciē, quod est contra honorem,
pertinens ad contumeliam: aut q̄ talis reuelatio vergat in detri-
mentum bonorum, aut vitæ alterius (& hoc memoria teneatur
ad notitiam dicendorum) sed q̄ denigrare famam proximi sit
contra charitatem, patet, quia fama computatur inter bona hu-
mana: & ideo non stat q̄ quis diligit alium, & tamē denigret fa-
mam illius. ¶ Secunda & tertia pars conclusionis asseruntur à
S. Thoma.2.2.q.73.ar.3. Et probātur ambæ. Nam grauitas pec-
catorum ex genere, debet attendi secundū grauitatem obiecti:
sed vita maius bonum est q̄ fama: & mors, maius malum q̄ in-
famia: ergo homicidium grauius peccatum est q̄ denigratio fa-
mæ. Et quia adulterium de se opponitur futuræ vitæ & educa-
tioni proliis, fit, vt grauius etiam sit q̄ reuelatio criminis, quæ
est cōtra famam. Dixerim ex genere: quia in indiuiduo: si reue-
latio est cōtravitam, vel infamia est valde notabilis, poterit es-
se maius peccatum q̄ adulterium. ¶ Pari ratione probatur q̄
reuelatio criminis sit maius peccatum q̄ furtum. Nam fama est
maius bonum q̄ bona exteriora temporalia, Primo quia est bo-
num magis spirituale. Vnde Prover.22. Melius est nomē bonū
q̄ diuitiæ multæ. Deinde, quia latiūs & ad plures se extendit,
sicut odor vnguēti. Vnde Ecclesi.7. Melius est noīmen bonum, q̄
vnguenta preciosa. Et postremo quia diuturnius est: Vnde. Ec-
cli.41. Curā habe de bono nomine: hoc enim magis permane-
bit tibi, q̄ mille thesauri preciosi & magni. ¶ Et confirmatur
ex S. Thoma.2.2.q.73.ar.7. q̄a infamia plus nocet q̄ amissio bo-
norū temporalium. Nocet enim non solum in temporalibus
(in quibus etiam s̄epe iacturam facimus) sed etiam in spirituali-
bus: quia multi timore infamiae arcentur à peccato, qui perdita
fa

Q V A E S T I O S E C V N D A. Fol. 8.

fama obdurantur in illo . Vnde Hieronymus super.18. capit.
Matth. Corripiendus (inquit) seorsum est frater, ne, si semel pu-
dorem vel verecundiam amiserit, permaneat in peccato. Et se-
cundò, quia infamia vnius vergit in infamiam aliorum. Vnde
Augustinus in epistola ad plebem Hipponesem. Infamata uno
religioso, totus conuentus infamatur. Et tertio, quia prodi-
peccato vnius, exēplo illius alij trahūtur ad peccādum. At verò
hēc dicta sint de reuelatione secretorum in genere. Nam sunt
in particulari nonnullæ reuelationes, vbi, præter infidelitatem
accumulantur circumstantiæ aliorum genere peccatorum. Vt,
patefacere latrōibus vbi latitet thesaurus, pximi, præter infide-
litatē: genus est furti: quēadmodū, p̄der latentē hominē hosti-
bus occidendū, genus est homicidij. ¶ Serui ergo sunt & man-
cipia, qui pluris æstimant in pecunia fidem, q̄ in secreto: vt est
apud Comicum: Cuius tu fidē in pecunia perspexeris, verēre
ei verba credere? Nam sapientes longe aliter sentiunt. Socrates
enim celebratissimus lumine naturali, calendam fidem potius
docebat in arcans, q̄ in creditis pecunijs. Et Cato, vel de hoc
potissimum celebratus est, q̄ amicorum arcana mira sanctita-
te cælabat. Et Simonides, homines infimæ notæ censebat eos,
qui secreta continere non possent: atque adeo similes seruo-
illi aqud Comicū, qui rimarū plenus cūcta effundebat arcana.¶
Quid plura? Vsq; adeò apud summos Philosophos celebrata
est secretorum fides, vt, vel ob hoc maximè, antiqui, mysticas
olim ceremonias in templis deorum statuerint, quas nefas erat
in publicum efferre: vt capta inde silendi consuetudine, fidem
secretorum colere & obseruare docerentur homines: vt est a
pud Plutarchū in De liberis educādis. Sed multo sanè sanctior
est Christi anis magisque religiosa secretorum fides: nam (quò
tres positas conclusiones summo argumento stabiliamus) vñ-
que adeò ecclesiæ solenne est secreta cælare, vt sacrosanctum
Eucharistia sacramentum sacerdos occulto peccatori mini-
strare debeat, antequā eius crimen prodat: etiam si illud extra
sacramentum secretò nouerit. Quæ doctrina est Augustini
homel. so. de poenit. & refertur secunda quæstione prima capit.
Multi. ¶ Quarta conclusio. Grauius peccatum est reuela- 4. cœclu-
re secretum quod quis ex debito iustitiæ tenetur tacere, q̄ il-
sio. B 2 Iud

M E M B R I P R I M I .

Iud ad quod solùm tenetur de honestate naturali, cæteris paribus. V.g. Senatori aut canōico grauius peccatum est reuelare secreta publica, q̄ priuatæ personæ reuelare illud quod non incumbit sibi ex officio taccre: nā in priori est vera ratio iustitiæ & in altero non est tam propria ratio iustitiæ. Atq; adeò, sacerdoti summum scelus est reuelare secretū confessionis: quia nō solum est infidelitas cōtra ius naturale, sed est sacrilegiū & cōtaminatio sacramenti cōtra ius diuinum: & præterea est in perniciē maximam Christianismi: nā sublato sigillo secreti: tolleretur: sacramentū cōfessionis, quod Christianis maximè est necessarium. ¶ Quòd si quis percontetur vbi in Euāgelio expressum sit illud ius diuinum: respōdetur q̄ licet nulli i sit expressum, tamen manifestè colligitur ex necessitate finis. Ex illis nāq; verbis. Io. 20: Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta erunt: colligitur præceptum cōfessionis & ex necessitate confessionis colligitur præceptum sigilli, tanq̄ medij ad finem. Quare id genus secretum nulla de causa nec propter summum bonum totius orbis, reuelandum est: vt infrā dicturi sumus. q.vlt. mēbri tertij. Quapropter, sacerdoti reuelati summa poena destinata est, vt scilicet officio priuatus perpetuam agat poenitētiā: videlicet (secūdum antiquam formam) ignominiosē peragrādo p̄ orbē. cap. Sacerdos. De pœni. d. 7. Sed iam modò intrudi debet in arctissimū monasterium ca. Omnis vtriusq; sex⁹. De pœni. & re. ¶ Sed & i secretis priuatis sunt etiā gradus. Vnde si ordinē secretorum colligere iuuat, in primo gradu est secretum confessionis: in secundo secretum publicum extra confessionem: in tertio quando priuata persona per iniuriam extorsit secretum alterius: nam tūc de iustitia tenetur illud seruare: quemadmodū fur tenetur restituere furum: vt si iudex vel alia persona vi & iniuria extorsit secretū ab aliquo, tenetur illud cælare. Et eodē modo qui literas alienas aperuit, preter peccatū quod commisit aperiendo, peccat reuelādo, cōtra iustitiam. In quarto gradu est quādo quis ex sua bonitate, data fide, recepit arcanum amici. Tunc enim etiā de iustitia, tenetur illud taccre: nam alter non commisisset secretum nisi ille daret fidem: & ideo illic est fides secreti, sicut fides depositi. In quinto & vltimo gradu est quādo quis visu aut relatiōe alterius

Secretorū gradū

Q V A E S T I Q S E C V N D A.

Fol. 9.

alterius nouit secretum: nam tunc solūm tenetur seruare de honestate naturali. Nihilominus esset peccatū mortale reuelare, nisi via iuris, nam honestas naturalis pars est iustitiæ, vt dictum est, potentialis. Augetur etiam aliunde obligatio secretorum: vt si quis accepit secretū sub iuramento, aut si reuelatio illius esset in periculum vitæ. &c. Insinuabat se hic quæstio, an seruare secretum vsq; adeò sit in præcepto, vt teneatur quis aliquando prius mortē oppetere, q̄ illud reuelare: sed h̄ec in tertio mēbro congruentiū disputabitur: vbi tractabimus quando quispiam contra ius de occulto crimen interrogatur, quid nam sit acturus. ¶ Quinta & vltima conclusio. Qui secretū alienum temerè & sine causa reuēlat, tenetur ad restitutionem famæ. Hoc 5. cōclusio. patet, postquam fama est verè bonum alienum: quod ille abstulit. Sed tamen hanc conclusionem non est præsentis loci tractare: diximus enim latius de illa in materia de restitutione. Sed factis est hic meminisse q̄ reuelator secreti nō tenetur restituere, retractando se: nam retractatio illa esset mendacium. Sed dicūt quidā q̄ debet dicere se malè & præter ius esse loquutū: quod tamen ego nunquam credidi: nam potius esset hoc confirmare infamationem. Enim uero qui non dicit se fuisse mentitum, insinuat se verum dixisse. Sed alia via facienda est restitutio: vt ille infamator bene aliās loquatur de infamato: vel in alijs bonis compēset infamiam. Nam potest commutari fama cum bonis alterius generis, vt dicit. S. Tho. 2.2.q.62.ar.2.ad secundum. Potest tamen diffamatus remittere restitutionem famæ, sicut restitucionem aliorum honorum, vt illic comprobauimus.

¶ A D P R I M V M argumentū multis modis solet respōderi. Primò q̄ Christus non reuelauit personam Iudæ in singulare, sed in commune dixit: vnuſ vestrum me traditus est: vt dicit Eugenius cap. Si sacerdos. De officio ord. Sed tamen h̄ec solutio nō prorsus satisfacit: nam quanq̄ Matth. 26. sint illa verba generalia, tamen statim subiungitur. Qui intingit manum mecum in paropsyde, hic metradet. Quod si quis dicat multos simul intinxisse in eadem paropsyde: saltem loā. 13. (quod est argumētum nostrum) Iudam propriè designauit dicens: Cui ego panem intinctum porrexero. ¶ Aliter etiam respōdet. S. Tho. 2.2.q.33.ar.7. scilicet q̄ Christus, tāq̄ Deus, habebat publicū pecatū

B 3 catuim

MEMBRI PRIMI.

catum Iudæ,& ideo poterat illud statim denunciare. ¶ Vel descendū (vt reor) quod Christus non denunciauit peccatum præsens Iudæ quod habebat in animo, sed tanq̄ propheta prænunciauit quod futurum erat: & prænunciatio erat necessaria ad finem redemptionis, vt persuadēret se non tradi insciūm aut intuitū. Vnde, publicè solum prænunciauit illud in genere: scilicet, vñus vestrum, vt dicit Eugenius: sed peculiariter Ioanni designauit Iudam ad petitionem Petri, vt tutus esset se nō esse illum traditorem: nam id verebatur Petrus. ¶ Ad illud Levi. quinto. conceditur q̄ tenetur quicunq; reuelare peccatum secretum proximi, illi qui potest prodere & non obesse, vt latius explicabimus membro secundo. Et eadem ratione intelligitur illa lex: Eum qui. ff. De iniuriis: videlicet quod eum qui nocentem infamauit (scilicet ordine iuris) nō est bonum ob eam rem condemnari. ¶ Ad secundum principale respondetur quod præceptum fidelitatis secreti seruandi reducitur ad octauum præceptum. Non falsum testimonium dices: nam quod non probatur, pro falso quodam modo habetur in iure. ¶ Ad tertium, conceditur quod licet Astrologis, aut de astris, aut de complexione, aut de physionomia, affectiones hominū & quodam modo peccata in genere prænunciare, dum modò fiat salua fama alterius: nec certò affirmetur, tanq̄ res manifesta. Ut si afferat talem hoīem: quia tali sydere natus: in tale genus virtutum naturam habere temperatam, aut in tale genus vitiorū eam habere corruptam. Et hoc non est reuelare occultum crimen, sed docere quid sit in natura rerum. At verò in particulari asseuerare eum aut hoc furtum, aut homicidium patraturum, temeritas est. ¶ Et ad confirmationem de historicis, primò non est necessarium omnes historicos excusare: nam sunt qui multa scribunt, quæ potius essent silentio prætereunda. Et secundò quanq̄ multa crimina scribant quæ non essent alias adeò publica, hoc tamen licet propter bonum publicum vt homines exemplis antiquorum instruantur & perterreantur. Eò vel maximè si enarrentur historiæ prisorum: nam occulta delicta viuentium in publicum efferre, libellum esset confidere diffamatorium.

QV AE:

QV AE S T I O T E R T I A.

Fo. 10.



T R V M H O M I N E M INFAMARE SEIPSUM REUELANDO TEMERÈ PROPRIMUM CRIMEN, SIT MORTALE PECCATUM.

¶ Ad partem affirmatiuam arguitur illo præcepto Sapientis recitato, Ecclesiastis 41. Curam habe de bono nomine: Et Esaiæ 3, reprehenduntur qui peccata sua sicut Sodoma prædicant, nec abscondunt: & Psalmus 55. Quid gloriaris in malitia: & Psalmus 93. Usquequā quō peccatores gloriabantur, effabūtur & loquentur iniquitatem? ¶ Secundò arguitur ratione. Reuelare peccatum est contra naturam peccatorum: quæ suapte natura, vt diximus, sunt abscondenda: sed quicquid sit contra naturam, videtur esse peccatum mortale: ergo. ¶ Tertiò arguitur. Fama est bonum: ergo illam negligere est peccatum: quod videtur esse mortale: nam est contra naturam boni: quod omnia suapte natura appetunt. ¶ Et confirmatur. Infamare proximum, reuelando eius crimen est mortale, vt dictum est quæstiōe proxima: ergo & infamare se ipsum. Consequentia patet ex ordine charitatis: qui in quocunque homine incipit a se ipso. ¶ Ad hæc accedit authoritas Augustini in libello De bono viduitatis. capit. 20. quod refertur. II. q. 3. capi. Non sunt audiendi: vbi vaehemēter increpat illos, qui putat satis esse habere bonam cōscientiam apud Deum: imprudenter & crudeliter contemnentes propriam famam: quia nobis (inquit) necessaria est vita nostra, alijs verò fama nostra. Idē repetit in sermōe De communi vita clericorum: quod habetur II. q. 1. ca. Nolo. ¶ Sed in contrarium est quia vbi nulla est iniuria, non est peccatum mortale: sed hominem reuelare proprium crimen non est iniuria: quia hoīs ad se nō est iniustitia: vt est apud Aristotelem. ergo reuelare propriū crīmē non est mortale.



D Q V AE S T I O N E M respōdetur septē cōclusionib⁹. Prima. Hominē reuelare propriū crīmē temerē & sine causa peccatum est. Cōclusio hæc clūsio. Prima cōfatis comprobata est argumētis propositis ad partem affirmatiuam: nam est & cōtra naturam peccati: quod debet cælari: cū sit malū: & cōtra naturā famæ: quæ cū sit quoddā bonū, cōseruanda est. Dixerim, sine causa, quia reuelare crīmē

B 4 pro-

MEMBRI PRIMI.

Secunda conclusio propriū ad capiendū consilium, vel velandam tristitiā, non est aliud q̄ operæ premium, atq; adeò virtus. ¶ Secunda conclusio. Ex genere suo non est contra iustitiā, sed solum præter charitatem, qua quicunq; tenetur se & sua diligere. Hæc itidē cōclusio in priori quæstione probata est: nā iustitia, vt inquit Aristoteles. Eth. est ad alterum: & ideo hominis ad seipsum, nec iustitia est nec iniustitia: & volēti, vt ibidem dicit Aristoteles, nō fit iuria. Quare, qui prodigus est famē: ex genere suo, nisi alię qualitates circumstent, nemini facit iniuriam. ¶ Tertia conclusio. Hominem reuelare proprium crimen sine causa, ex genere suo, vt existimo, non est peccatum mortale sed solum veniale. Conclusio hæc s̄aþe in has scholas producta est: & sunt magistrorum nostri qui eam affirmauerūt: & nostris nos lectionib⁹ eam obiter attigimus: at nundum haec tenus de suis penitus principijs eam cōmperi ratiocinatam: quapropter in animo est prorsus examinare quid habeat veritatis. Explico primò cōclusiōnē. Reuelare quempiam suum crīmē propriū, ex genere suo, nihil aliud est, q̄ denigrare propriam famam: nam si id fiat per iactantiam aut per complacentiam peccatorum, circumstantiae sunt addentes grauitatem supra genus peccati infamiae. ¶ Et, vt opposita iuxta se posita clarius elucescant, sentētia est domini Caietani nobilissimi auctoris contraria huic nostræ, super 2.2.q.73.articul⁹ secundo: quæ complectitur tres ppositiones. Prima. Hominem infamare seipsum: ex genere suo est peccatum mortale, sicut occidere se ipsum. Et quanq; non ponat exemplū nisi in casu quo quis infamat se, imponendo sibi falsum crimen, tamen ratiōnes eius æquo pede procedūt quādo quis præter ius reuelat occultum suum crimen: nam generaliter illic, & in summa in verbo. Detractio: dicit q̄ infamare seipsum est mortale: & grauius, q̄ infamare alium: & manifestum est q̄ reuelare proprium crimen: est infamare se. Secunda eius propositio est. Hoc non solum est contra charitatem, sed contra iustitiā: nā infamās se facit iniuriā ecclesiæ & reipublicæ, cui necessaria est cuiuscūq; fama. Vnde colligit q̄ nulla de causa quis excusatur à peccato mortali infamando se: etiam si positus in tormentis infamet se, ad liberādā vitam. Tertia propositio eius est, q̄ qui infamat se, tenetur sibi restituere famam: quia illam per iniusti-

tiam

QVÆSTIO TERTIA.

Fol. 11.

tiam sibi abstulit. ¶ At verò, salua auctoritate doctoris grauissimi: atq; adeò mihi colendissimi, probatur in contrarium cōclusio nostra, videlicet q̄ hominem infamare seipsum, non sit ex genere mortale. In primis non est contra charitatem proximi: quia nemini nocet, nec cōtra charitatem propriam: nam charitas, qua quisq; tenetur se diligere, de per se & primo solū obligat q̄tūm ad bona spiritualia virtutū & gratiæ: sed quantum ad bona temporalia, non obligat, nisi quatenus sunt necessaria ad finem spiritualem: ergo quando fama mea non est simpliciter mihi necessaria ad virtutem, non est cōtra meam charitatem eam negligere: sed solum erit præter charitatem: id est, contra ferorem charitatis, postquam est verum bonum. Et ideo ex genere suo non est nisi peccatum veniale. ¶ Secundò arguitur. Prodigalitas pecuniæ ex genere suo, vt solum dicat: sine causa abijcere bona: nō est peccatum mortale: quia homo habet liberum arbitrium suorum honorū, sed solum esset mortale ex circumstantia, si homo teneretur alere familiam aut prouidere pauperibus in graui necessitate: ergo neque prodigere famam, neque honorem, ex genere suo est mortale: quia postquam fama & honor sint bona exteriora, tam liberū arbitrium habet homo super famam & honorem, q̄ super alia bona. Hic autem insinuatur punctū opinionis Caietani: est enim notandum duo esse genera bonorum. Alia nanq; sunt quorū homo est dominus: vt sunt pecuniæ & facultates exteriores, quas homo pro libito potest donare aut abijcere: quare, si sine causa quis abijciat huiusmodi bona, non peccat mortaliter. Sed aliud est bonum cuius homo non habet arbitrium: vt est vita: quia nō potest homo se occidere. Existimat ergo dominus Caietan⁹ q̄ honor & fama sunt omnino sicut vita, itaq; homo nō habet potestatē suæ famæ: sed q̄ solus Deus & Res publica habet dominium famæ: & ideo qui infamat se, facit iniuriam Rei publicæ & tenetur restituere. ¶ Nos tamen, saluo meliori iudicio, censemus contrà, honorem & famam esse sicut pecuniā, q̄tūm ad hoc: & hominem habere arbitrium illorum, sicut pecunie: nisi q̄ in genere venialis grauius esset prodigere famam, quia est maius bonum, q̄ pecuniā. Et mouemur hac ratione: quia de vita est expressum præceptum. Illo enim præcepto

MEMBRI PRIMI.

cepto . Non occides:non minùs prohibetur quisq; se occidere, q̄ alium vt docet egregiè Augustinus libro primo de ciuitate Dei.c.20. Item de vita legimus solum Deum esse Dominum illius:vt Deutero.23.Ego occidam, & ego viuere faciam:& Sap. 16. Tu es domine qui vitæ & mortis habes potestatem:vnde colligitur,nos non esse dominos propriæ vitæ. Item ratio naturalis est manifesta:quia cum vita sit fundamentum omnium bonorum, atq; adeo naturalissimus appetitus omnium rerū sit conseruandi se,consequens est,vt homo nō habeat arbitrium vitæ: sed sol⁹ Deus est q̄ potest hominē occidere,etia⁹ p̄ libito:& Res publica:quæ potest eū occidere solum pro bono publico. Vnde colligit. S. Tho.2.2.q.64.ar.quinto. q̄ occidens se ipse nō solum facit contra charitatem,sed contra iustitiam:respectu Republicæ,cuius est vita hominis. Sed tamen de fama, nihil tale legimus:imo ratio naturalis oppositum docet:videlicet quod sit in arbitrio nostro,vt sine peccato mortali possimus illam negligere. Quod p̄fectò loco modò citato. S. Th.in solutiōe ad tertium apertè videtur sentire. Ait enim q̄ licet potest homo de se ipso disponere q̄tum ad ea quæ pertinent ad hanc vitā,quę hominis libero arbitrio regitur. Sed transitus de hac vita ad aliam fœliciorem,non subiacet libero arbitrio hominis,sed potestati diuinæ:& ideo nō licet homini se interficere. Ac si apertè dicat, Vniuersa hominis bona sunt posita in ei⁹ arbitrio præter vitā. Vnde nec famam excipit nec honorē. ¶ Et cōfirmatur hæc ratio. Quāuis fama & honor sint præstantiora bona suapte natura , q̄ pecunia & facultates,nihilominus magna copia pecunia in ciuili æstimatione præualet alicui famæ:quemadmodum, licet aurum præstet argento, nihilominus magnum pondus argenti præualet paruo auro. Quis dubitet decem milia ducatorum pluris æstimanda esse,q̄ famam priuatæ personæ? Si ergo homo habet liberum arbitrium supra magnam pecuniam, consequēs est, vt habeat arbitriū supra famam suam & honorem. ¶ Secundò confirmatur ratio . Fama potest pecunijs recom-pensari , vt doctores consentiunt in quarto . d. 15. Imo homo pauper rationabiliter mallet restitutionem famæ sibi fieri pecunijs,q̄ recuperationem famæ : imo verò habet infamatus arbitrium remittendi gratis restitutionem famæ,vt concedit etiam

A드리.

QVÆSTIO TERTIA.

Fol. 11.

Adri.nobilis author.in.4.q. De restitutiōe famæ,& in quo l. sicut potest homo remittere latroni pecunias quas ei dep̄datus est:ergo habet homo arbitrium & potestatem super famam,vt sit verè dominus illius, sicut & aliorum bonorum exteriorum. ¶ Sed tertio probatur conclusio principalis . Christus redemptor noster. Matth. quinto.docet nos contemnere tria bonorum genera, in quibus gentes statuebant fœlicitatem: scilicet, diuitias:Beati pauperes spiritu:& secūdō famā & gloriam mūdi: Beati mites:& tertio voluptates, Beati qui lugent . Nec illic solum, sed vbiq; Euangelij frequentissimū est consilium mundi contemnendi:& tamen omne quod est in mundo, vt inquit Io.in prima cano.ca.2.concupiscentia carnis est,id est voluptas sensuum:aut cōcupiscentia oculorum,id est,auditas diuitiarū: aut sup̄bia vitæ,id est,ambitio honoris & fom̄:ergo cōfiliū est ex ḡne suo honorē & famā nihil pēdere : tātū abest vt sit mortale peccatū famā negligere . ¶ Quartò arguitur principaliter. Si esset peccatū mortale reuelare propriū crimē sine causa, esset pari ratione mortale non respōdēre detractoribus & obijcentib⁹ nobis publicè & iniustè peccata nostra : nā certe perinde est non respōdēre diffamanti me,cū facile possim,ac si me ipse diffamassem:sicut perinde est , non resistere latroni cūm possim, ac si prodigerem bona mea : at cūm quis detrahit mihi, non te neor respondēre : imo est in arbitrio meo tacere : vt dicit . S. Thom.2.2.q.73.articul⁹ quarto ad primum argumentum: imo verò , licet quis mihi falsum crimen imponat, non teneor respondere,nisi essem ego persona publica,aut crimen esset contra religionem:vt si quis me appellasset hæreticū. Exemplum dedit nobis Christus redemptor noster,qui,vt inquit Apostolus.i.Pet.secundo.cūm malediceretur,non maledicebat. Et p̄e talia loca Euāgelij,quę plurima notari possēt,id maximē exhibuit i passiōe,Matt.27. vbi cū multa falsa testimōia ei obijcerē tur,& Pilat⁹ dixisset:nō audis quāta aduersū te dicūt testimōia tñ nō respōdit ei vllū y bū:ita vt miraretur p̄ses vehemēt: nē pe q̄ nollet se cōpurgare cū facile posset . Et q̄q necessariū erat ad finem redemptionis vt non respondēret,tamē id etiam fecit (quod notāt doctores) vt exēplū nobis daret nō respōdēdi maledicētib⁹. Vnde in instructiōe apostolorū Matth.5. Beati (in quit)

M E M B R I P R I M I .

quit) eritis cùm maledixerit vobis homines, & persequuti vos fuerint, & dixerint oinne malum aduersum vos, mētientes propter me. ¶ Et explicatur amplius hæc ratio. Si nō essemus magis domini famæ nostræ q̄ vitæ, sequeretur q̄ quotiescūq; possemus famā nostram defendere, sine proximi nocumēto, mortal is esset omissione defensionis: consequēs est falsum: ergo & antecedens. Probatur sequela: Nam qui sine cuiuspiam detrimen to potest vitam defendere: si non defendit, mortaliter peccat: vt qui, ruente domo, aut, inuidente tauro, non fugeret: nā ille tunc virtualiter se occideret: Sed falsitas cōsequētis probatur, quia dum priuata persona diffamatur, q̄q se posset compurga re sine infamia & detimento alterius, non tenetur, saltem sub peccato mortali, compurgare se, vt iam modò dicebamus: quia potest cedere iuri suo: quemadmodū posset cedere latroni inuidenti res suas. ¶ Et quintò arguitur. Si non essemus domini propriæ famæ aliter q̄ vitæ, sequeretur q̄ nulla ratione possemus exponere famam: nec propter salutem spiritualem: consequens est falsum: ergo & antecedens. Sequela probatur: Nam q̄q quis certus esset, vitam nocere sibi ad salutem spiritualem, nullo modo posset se occidere, aut sine alia ratione permittere homicidium sui: vt Augustinus latè docet primo de ciuitate Dei. capit 20. Sed falsitas consequentis probatur: Nam procul dubio quicunq; cognoscēs p̄clarā famam & honorem sibi plurimū nocere ad vitam spiritualem, posset permettere propriam infamiam: atqui forsitan ad illum finem, posset detegere aliqua sua crima, vt per infamiam humiliatus, tutiūs viueret: saltem non esset mortale, ea detegere. Imò, Scotus. 4. d. 15. q. 3. articul. 2. videtur insinuare, q̄ occultus homicida debet se prodere, vt puniatur: nam dicit q̄ debet patienter tolerare poenam talionis, quia aliter non potest fieri plena satisfactio pro homicidio. Nescio an intelligat q̄ homicida tenetur se pdere. Quod tamen ego nullo modo crediderim: quia nullus rcus tenetur esse actor aduersus se extra sacramentum: imò nec illud esset cōsilia. Sed tamen forsitan citra peccatū mortale, posset scelero fissimus & perniciosissimus hō prodere se iudici cum periculo famæ & vitæ, vt pateretur poenā q̄ Deo & Reipublicæ satisfacret. Id maxime, si non sperasset alia se vnq̄ via corrigēdum fore.

¶ Et

Q V A E S T I O T E R T I A.

Fo. 13.

¶ Et confir. Quia si nō essemus magis domini famæ q̄ vitæ: se queretur q̄ nulla ratiōe possem⁹ extenuare aut minuere famā, nec propter vitā spiritualem: consequens est falsum: ergo & antecedens. Probatur sequela: quia nō licet, nec propter opera pœnitētiæ ad satisfactionē pro peccatis, minuere vitam: secundum illud Hieronymi: Nō differt vtrū magno vel paruo tempore te interimas. Sed falsitas consequentis probatur: quoniam lictū est opa pœnitētiæ austerrissima facere: vt admonet Ioānes Mat. 3. q̄q inde coniectari possit huiusmodi pœnitētem, peccatorem esse in genere. Atqui fecerdotes possunt pro gauissimis sceleri b⁹ graues pœnitētias imponere: q̄q inde sumatur argumētum, q̄ pœnitēs in genere est peccator: dum modò caueatur ne reueletur peccatum in particulari. Imo verò quando in primitiuā Ecclesia, p̄ graui peccato mortali imponebatur septennium pœnitentia, quis dubitat per illas pœnitentias quodāmodo diffamatos esse pœnitentes? Quare si fama tam esset custodienda, q̄ putat opposita opinio, certè ecclesia, nūq̄ illas pœnitētias pmisisset. ¶ Et sextò principaliter arguitur ab honore ad famam. Honor enim est reuerētia quę alicui defertur propter aliquam excellētiā, sed fama est bona existimatio quę de homine habetur seu illæsæ dignitatis status, moribus & legibus compbatus ff. de va. & extra ordinari. cogniti. l. Cognitionū, Arguitur ergo. Negligere honorem & gloriam mūdi: nō est ex genere suo peccatū mortale: ergo nec negligere famā. Consequentia est nota: quia idem fere iudicium est vtriusque. Et probatur antecedens. Nam qui assumeretur ad amplias dignitates & magistratus: & totis viribus renueret, imo qui quas haberet, abiijceret, & ad vilem statum se summitteret, prosecto nihil aliud faceret q̄ Euangelicum consilium: & qui hostem fugeret cum se facile posset defendere & qui se prædicaret infami genere natum, cū id posset cælare, profecto prodigus esset honoris, & tamen non condemnaretur de peccato mortali: nec vllus se vnq̄ de hoc accusauit in sacramento: alias deberent prædicatores in concioni bus exhortari populū vt curā haberent honoris: quod esset cōtra prædicationem Euangelicam. ¶ Et septimò principaliter, p̄ batur cōclusio exēplo sanctorū, qui errata sua sēpe scriptis pro didērunt, quę tamen potuissent cælare. Vt Augustinus tū ali bi

MEMBRI PRIMI.

bi s̄epe, tum in Confessionibus: & maximē lib. 2. cap. 2. vbi deplorat cōcupiscentiam carnis quam passus est in adolescentia: Rapiebat (inquit) caligo libidinis imbecillum etatem per abrupta cupiditatum: atq; mersabar gurgite flagitorum: ibam longius à te & effundebam & diffuebam & ebulliebam per fornicationes meas, & tacebas. Et Amb. (vt in eius legitur vita) publicas mulieres publicè ad se ingredi fecit, vt visis his, diffamaretur apud populum, atq; adeò, vel illa ratiōe impediret, ne eligeretur in episcopum. Et religiosissimus Anselmus in Meditationibus deplorat amissam turpiter virginitatem. O virginitas (inquit) iam non dilecta mea, sed perdita mea: ô fornicatio sordidatrix mētis meæ, perditrix animæ meæ. Et sunt qui idem impingant Hieronymo. At verò Hieronymus id nō planè testatur. Verba eius sunt in Apologia ad Pammachiū. Virginitatem in cœlum fero, non quia habeam, sed quia magis miror q̄ nō habeo. Ingenua & verecunda cōfessio est, quo ipse careas, id in alijs prædicare. Vbi nō manifestè confitetur se non esse virginem: sed dicit se non laudare virginitatē, eo q̄ ipse habeat. Vel negat se habere perfectam mentis virginitatem: cùm frequentes impulsus carnis fuerit, etiam in senectute, perpessus: vt ipse fatetur ad Eustochiū de custodia virginitatis. ¶ Octauo & postremo, pbatur conclusio ex vniuersali sensu hominū. Nam licet quis pandat crimina sua, etiam ex animi leuitate: modò id non faciat iactantia aut complacētia peccatorum: certè non censetur ab hominib⁹ mortaliter peccasse: nisi inde sequatur periculum vitæ aut scandalum. ¶ Quarta conclusio. Sæpe est peccatum mortale cùm quis proprium crimē reuelat. Primò si id faciat per iactantiam aut complacentiam peccati, Par enim peccatum est homicidium, & complacētia in homicidio: atq; adeò grauius, iactantia illi⁹. Et hoc clamāt illæ authoritates primi argumēti ex Esa. & Psal. Secundò potest esse mortale ratione scandali: vt si quis haberetur & suspiceretur vt sanctissim⁹, & reuelaret grauissima sua peccata: vnde alij aut sumerēt occasionem peccandi, aut contemnēdi tale genus hominum. Si enim esset religiosus alicuius ordinis, contemneretur ille ordo. Et tertio potest esse mortale propter cōditionem personæ. Vt si esset persona valde necessaria Reipublicæ: vt prælatus, cuius officium aliustā dignè gere

re

Q V A E S T I O T E R T I A.

Fol. 14.

re nō posset. Tunc enim profectò graue peccatum mortale esset infamare seipsum. Et quartò esset mortale, si ex reuelatiōe proprij secreti quis incurreret periculū vitæ, vt Sāson videtur mortaliter peccasse reuelando mysterium capillorū Dalilæ: vbi abscondita erat eius fortitudo: Iudi. 16. q̄q postea occidēdo se cum hostibus nō peccauit: vt dicit Augustinus. i. de ciuitate dei. cap. 21. quia instinctu id fecit Spiritus sancti. ¶ Quinta cōclusio. Hominem infamare seipsum s̄aþe est officium virtutis. Primò, vt dictum est, ad capiendum consilium vel leuandam tristitiam, si aliter fieri nō potest, decet reuelare propria crimina, licet sit nō nulla infamia, illa esse amicis nota. Et secundo ratione iustitiæ: vt cùm quis proximum falsò diffamauit, tenetur publicè se retractare, cum periculo propriæ famæ. Et tertio esset officium virtutis q̄ quis se p̄mitteret infamari pro amico. Vt si ego feci crimen quod falsò imponitur amico meo, quanq; esset casus in quo non teneor reuelare meum crimen: quia videlicet non fui causa vt alteri attribueretur: tamen possum cedere iuri meo & prodere me, ad protegendum famam amici. Imò verò si econuerso amicus meus fecisset crimē quod falsò mihi impingitur, quamvis possem me cōpurgare, liceret nihilominus mihi tacere, vt infamia mea custodirem famam amici: sicut licet ponere vitam pro amicis: secūdum illud. Io. 15. Maiorem hac charitatem nemo habet, q̄ vt animā suam ponat quis pro amicis suis. Conclusio hæc quinta facile pbatur: quia in omnibus casibus positis, est honesta causa reuelandi crimina: & ideo nulla est prodigalitas reuelare. Et quartò pari ratiōe illi q̄ in eculeo vehemēter torquetur, licitum est crimen occultum confiteri, etiā si contra ius interrogetur, si aliter tormenta vitare non potest. Sed de hoc latior erit sermo in calce tertij membri. ¶ Sexta cōclusio. Si quis sibi falsò imponat crimē nō ē mēdaciū pñiosum: sed solū officiosum. Hāc cōclusionē obiter adnotauerim bona venia reuerendissimi Cardinalis Caietani cōtrarium afferētis loco citato. Et pbatur. Qui falsò sibi crimē imponit nulli alteri facit iuriā nec sibi: quia volenti non fit iniuria: sed solū est famæ prodigus. Quo fit, vt illud mendacium ex genere suo non fit peccatum, nisi veniale sed esset mortale: si circumstaret aliquis causus quartæ conclusionis: aut si diceretur mēdaciū sub iuramento aut

6. cōclu-
sio.

M E M B R I P R I M I.

aut si esset in periculū vitæ. Sed forte, si quis sibi imponeret fa-
sum crimē vt seruaret vitam patris, & pœnam eius capitis in se
transferret: dum modò id faceret sine iuramento & scādalo &c.
non esset mortale. ¶ Quòd si quis arguat contra hāc conclusio-
nē ex verbis August. i. de ciuitate dei cap. 20. vbi dicit q̄ falsi te-
stimonij nō minus reus est: qui de se ipso falsum fatetur, q̄ si ad
uersus proximū id faceret: sed aduersus proximum, falsum te-
stimonium est mortale: ergo aduersus seipsum. ¶ Respondetur
q̄ Augustinus solūm prætendit, q̄ illo octauo præcepto: Non
falsum dices: prohibetur omne falsum testimonium: etiā illud
quod quispiam aduersus se dicit: sicut illo præcepto: Non occi-
des: prohibetur etiam q̄ quicunq; se occidere: quod nos ingenuè
fatemur: tamen non prætendit q̄ tantūm sit de se peccatū cùm
quis dicit falsum aduersus se sicut aduersus proximū: nam q̄q
falsum testimoniū ex genere suo fit mortale, quia omnia præ-
cepta decalogi obligat sub mortali, tamen in indiuiduo nō est
necessitatem quodcūq; esse mortale: nisi vbi est iniustitia, qualis nō
est hominis ad seipsum. Esset tamē mortale si esset cū periurio
aut cum conditionibus explicitis in. 4. conclusione. ¶ Septima
& vltima conclusio. Quomodo cunq; quispiam se diffamaue-
rit, non tenetur ad restitutionem suæ famæ, etiam si per menda
cium se diffamauerit. Primo, quia neminifecit iniuriam: & secū-
do, quia si alicui deberet famam, nō deberet nisi sibi: qui est do-
minus illius: ob idque potest sibi restitutionem remittere.

¶ A D P R I M V M argumentum principale respōdetur
primò, q̄ præceptum illud sapientis: Curam habe de bono no-
mine: non sonat obligationē sub reatu mortali: nam comparat
bonū nomen pecunijs: & præceptum de custodia pecuniarum
nō obligat sub mortali: q̄ pdigilat ex genere suo nō est pec-
catum mortale, cum non sit contra iustitiam, vt colligitur ex s.
Thoma. 2.2. q. 11. ¶ Et secundò respondetur, q̄ præceptum &
consilium custodiendi famā, hoc modo intelligitur: vt quis sa-
tagat exercere se officijs honestis virtutis: quæ digna sunt fama
& honore apud Deum & homines: secundū illud Matth. 5. Sic
luceat lux v̄a coram hominibus, vt videant opera vestra bona
&c. & secundum illud Ap̄li Phil. 4. Quæcunq; sunt vera, quæ-
cunq; sancta, quæcunq; bona famæ, hæc cogitate. Non tamen
est

Septima
conclusio.

Q V A E S T I O T E R T I A. Fof. 15.

est præceptum, saltē obligans sub mortali ad custodiendum fa-
mam, in se cōsideratam, tanq; bonum temporale. Fama etenim
atq; honor (vt inquit Salustius) est vmbra virtut̄: vnde, sicut il-
lum qui recta pergit ad solem vmbra, etiam inuitum, sequitur:
sed qui soli tergum vertit, vmbra sequitur, quam nūq; attinget:
ita eum qui virtutē colit, bona fama cōsequitur: sed qui anxiē
post famam & honorem currit, fieri non potest vt cōsequatur
vnquam. ¶ Ad alias authoritates Esaię & Psalmistę responsum
est in quarta cōclusione, cōcedendo esse mortale q̄ quis iactet
se de peccato. ¶ Ad secundum principale respondetur quod
quanquam negligere & prodigere propriā famam sit cōtra na-
turam boni temporalis, non tamen est contra charitatem, nisi
quando fama est necessaria ad finē spiritualē: nam ioco sum mē-
daciū contra naturam, est tamen veniale. ¶ Et eodem modo
respondetur ad tertium argumentum. Et ad confirmationem
negatur consequētia: nam hominem infamare proximum: est
contra iustitiam: sed infamare seipsum: nulla est iniustitia: & or-
do charitatis inter se ipsum & alium debet attēdi quantum ad
bona spiritualia: sed tamen bona temporalia nullus sibi tenetur
magis concupiscere, q̄ alij. ¶ Ad authoritatem tandem Augusti-
ni, quæ videtur vñhemēter pugnare aduersus secundam & ter-
tiā & vltimam conclusionē (videtur enim sentire q̄ conseruare
propriam famam sit opus iustitiae: quia est necessaria alijs: & q̄
sit proinde mortale, illam negligere: atq; adeo, q̄ infamans se te-
neatur ad restitutionē) respōdetur primò q̄ Augustinus loqui-
tur illic de sanctissimis quibusdā milieribus, quæ a populo ve-
nerebantur vt religiosissimæ, & tamen negligebat famā suam,
putantes esse virtutem vt æstimarentur male & vilipēderentur.
Et hoc condemnat Augustinus ratione scandali, quod dabant po-
pulo: scandalum enim erat q̄ mulieres quæ prius æstimabātur
religiosæ, crederentur postea peccatrices: & maximē in primiti-
ua ecclesia cauendū erat Christianis ne darēt scandalum genti-
libus, quādo infamia vnius Christiani cedebat in infamia toti-
us Christianitatis. ¶ Et secundò respōdemus q̄ Augustinus in-
telligit famam nostrā esse necessariā Reipublicæ, sicut sunt bo-
na exteriora: puta, quādo Respublica & pximi indiguerit. Vn-
de, sicut non teneor seruare diuitias vt seruam Reipublicæ aut

C suc-

M E M B R I P R I M I .

succurram proximis, sed solum teneor quando illas habeo succurrere proximo in necessitate: ita nec teneor, si sum persona priuata, custodire famam & honorem meum. Et quemadmodum prodigus bonorum suorum non tenetur restituere Republicę, ita nec prodigus sua fama. ¶ Sed quid ad Paulum quem adducit illic Augustinus. i. Cor. 10. Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placebo: non querens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant. ¶ Respondetur quod Paulus erat Apostolus: quapropter ex officio tenebatur habere bonam famam: & idem praecepit ceteris prałatis: sed priuatae personae solum tenentur habere bonam famam faciendo opera digna honore & fama. Et haec de primo membro.

M E M B R V M S E C V N D V M .



N H O C M E M B R O S E-
cundo iuxta partitionem huius operis in-
uestigatur sumus causas, quibus quispiam
tenetur secreta reuelare, praesertim secreta
crimina: nam de his est intentio huius secundi
membri. Sed ante titulum quæstionis pri-
mae, pro distributione disputationis, nota-

*Tres viæ dum est, tres esse genere vias, quibus ad cognitionem occulto-
cognoscē rum criminum iure proceditur: ut habetur De accus. c. Quali-
di criminia ter & quando. 2. §. Ad corrigendos &c. Licet hely de simonia.*

*Quæ sunt, Denunciatio: Accusatio: & Inquisitio: quæ secundū
varios modos occulti criminis, discernuntur. ¶ Vbi secundū
adnotandum est, doctores decretorum ac digestorum multifa-
riē distinguere nomen occultum: ut refert Panor. capit. Ex lite-
raru. De temporibus ordi. sed ex professo. c. Vesta. De coha-
cle. & mulierum. At, omissa turba citationum, tribus modis ali-
quod crimen dicitur occultum in iure: primò, ut opponitur, p-
babili: secundò, ut opponitur publico: & tertio ut opponitur no-
torio: nam authore Arist. i. Top. c. 13. æqui uocum ex confe-
Notoriū. ratione contrariorum cognoscitur. ¶ Notorium: dicitur bifari-
am, aut notorietate iuris, aut notorietate facti. Notorietate qui-
dem iuris: quando, aut manifestissima iudicis sententia quis*

dam-

Q V A E S T I O P R I M A .

Fo. 16.

damnatus est de tali crimine: quæ nulla ratione possit inficiari, aut quando reus ipse recto ordine iuris crimen confessus est: aut quando idoneis testibus ita comprobatur, ut nulla possit tergiuersatione cœlari, Notorietate vero facti, quando quis in conspectu populi scelus patravit: ita ut, uno verbo, dicatur: notorium: quod nulla tergiuersatione cœlari potest: ut habetur. c. Tua nos. De cohab. cler. & muli. Publicum vero, quamvis eti- Publicū.
am accipiatur pro notorio: tamē ut distinguitur a notorio: ac-
cipitur pro eo quod fama publica proclamatum est, quamvis possit aliqua tergiuersatione cœlari: & alio nomine dicitur fa-
mosum. Et utrumque, tam notorium quam publicum, dicitur
etiam manifestum. Sed probabile est illud cuius sunt legitimi Proba-
bles, ut in iudiciū deferri possit. Occultum ergo in primo gra-
du & simpliciter, est illud quod opponitur probabili: id est cu-
ius non sunt legitimi testes: & de huiusmodi occulto intelligi-
tur illud Urbani. c. Erubescant. d. 32. Secretorū & cognitor De-
us & iudex est: nam de his non est iudicium humanum. Occul-
tum in secundo gradu est illud quod opponitur publico simul
& notorio, quanq̄ sit probabile: itaque occultum dicitur quic-
quid ab ecclesia toleratur: ut habetur in dicto. c. Vesta, De co-
ha. cle. & mulie. Notorium. n. aut publicum non toleratur: quia
notorium statim punitur, & publicum inquirendum est ut pu-
niatur. Occultū in tertio gradu: quod largè dicitur occultum,
est illud quod aliqua tergiuersatio cœlari potest, licet laboret
infamia. ¶ Igitur peccata notoria non indigent aliqua via ut co-
gnoscatur: quia satis cognita sunt ut puniantur. De quibus ait
Apol. i. Timo. 5. Quorundā hominū peccata manifesta sunt,
præcedentia ad iudiciū: & 2. quest. i. capit. Manifesta & sequen-
tibus. Manifesta crimina accusatione non indigent: & glossa
Augustini super illud Genesis quarto: Vox sanguinis fratris
tui Abel clamat ad me de terra: Evidentia (inquit) patrati scele-
ris non indiget clamore accusatoris. De Accus. capi. Evidentia.
Quocirca, secundum tria genera occultorum, sunt tres viæ co-
gnitionis. Quod. n. occultum est in primo gradu, cognoscitur
solum via correptionis fraternæ & denuntiatione Euangelicæ:
sed quod occultum est secundo modo, est materia, non solum
correptionis, sed etiam accusationis: quod tamen occultum est

C 2 ter-

M E M B R I S E C V N D I.

tertio modo, materia est, & correptionis, & accusationis, & inquisitionis. Itaq; inquisitio solū est de crimen cuius percrebit infamia: sed accusatio, de omni crimen probabili: siue labore infamia, siue non: & correptio & denunciatio Euangelica, de omnibus, etiam occultis. De his ergo tribus vijs dicturi sumus in hoc secundo membro. Sed de denūciatione loquemur sub nomine fraternalē correptionis: quod in vsu doctorum frequentius est. De qua quatuor operā pretiū est disputare quæstiones: nempe an correptio sit sub præcepto, quando obliget hoc præceptum, quos obliget, & quo ordine.

Q V A E S T I O P R I M A.



T R V M C O R R E P T I O
fraterna sit sub præcepto. ¶ Ad partem negatiuā arguitur primò. Nemo obligatur ad impossibile, secundum illud Hieronymi: Maledictus qui dicit Deū aliquid impossibile præcepisse: at correctio peccatoris nō est in potestate hominis, sed solius Dei: qui cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Ro.9. vnde Io.6. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum: & Ecclesiast.7. Considera opera Dei quod nemo possit corrigere quē ille despexerit: ergo correctio fraterna non est sub præcepto. ¶ Secundò arguitur. Præcepta quæ sunt erga proximos sunt propter eorum necessitatem: sed nulli peccatorum necessarium est vt ab alio corripiatur: ergo correptio non est sub præcepto. Probatur minor: nam cuiuscunq; correctio & emendatio in sua ipsius est potestate cum solo auxilio diuino: Deus enim constituit hominem & reliquit illum in manu consilij sui. Ecclesiast.15. ergo nullus indiget auxilio alterius vt seruetur a morte spirituali: quemadmodum indigent homines aliorum auxilio, vt seruetur a morte temporalis. ¶ Tertiò arguitur. Omnia præcepta necessaria ad salutem, vt dictum est quæstione secunda membra primi, reducuntur ad aliquod præceptorum decalogi: sed non apparent quo illorum decem præcipiatur correptio fraterna: ergo correptio fraterna

non

Q V A E S T I O P R I M A.

Fol. 17.

nō est sub præcepto. ¶ Et cōfirmātur hæc argumenta: quia rariissimi sunt, qui æstiment tanq; peccatum omissionem correptionis: nec est vsus vt homines in sacramento confessionis huiusmodi peccati meminerint. ¶ In contrarium est præceptum redemptoris nostri Matth.18. Si peccauerit in te frater tuus, corrige eū inter te & ipsum solum: & i. Thessal.5. Corripite inquietos, consolamini pusillanimos. &c.



I C P R I M V M omniū notandū est q̄ quāq; **Correpti** correptio & correctio promiscuè sāpē pro eodem **o & cor-** accipiuntur, differt tamen inter hæc nomina: q̄ correptio est via ad correctionem: correctio verò, finis correptionis: quod & Augustinus docet. i. De ciuitate dei, cap.9. dicens. Nolunt quidam plerūq; corripere, cum fortasse possint aliquos corripiēdo corrigere. Vnde q̄ frater corrigatur nō est in potestate corripiētis: & ideo correctio nō est in præcepto, sed correptio: nā teste Aristotele. i. Top. cap.2. Nec rhetoris est persuadēre, nec medici sanare: sed nihil eorum omittere, quæ sunt necessaria. Aliter distinguit. S. Thomas inter hæc nomina, in. 4. d. 19. q. 2. ar. 1. scilicet q̄ correptio sit fratribus ad fratrem, correctio verò, est prælati respectu subditorum. Sed eodem fermè redit: nam correctio eò propriè attribuitur prælati, q̄ habent vim coactiuam, qua possunt vsq; ad correctionem vel punitionem corripere. ¶ Secundò, vt ex collatione harum viarum perspicatius de singulis iudicemus, notāda sunt illa quibus differt inter correptionem fraternalē & accusationem & inquisitionē. Et qā, vt author est Aristoteles. Eth. 7. vt principium in speculabilibus, ita se habet finis in operabilibus: atq; adeò, actus morales à fine sortiātur speciem, vt idē docet in quinto Eth. à fine operæ pretium est exordiri. ¶ Differt ergo primo correptio fraterna ab accusatione & inquisitione, fine. Nam finis correptionis est bonum priuatum particularis personæ: sed finis accusationis & inquisitionis est bonū publicum. Enim uero homo consideratur primò vt singularis persona: & secundò vt membrum reipublicæ (sumus enim, vt ait Apostolus primæ Corinthio.12: vnius corporis membra) quare crīmē cuiuscunq; hominis ambabulationibus malum est: & quia homini propriè nocet, & quia in perniciē Reipublicæ generaliter diffunditur. Quocirca,

C 3 cor-

M E M B R I S E C V N D I.

correptionis fratrnæ finis est correctio & recuperatio fratribus: quod illo verbo Euāgelico insinuatur: Si te audierit lucratus es fratrē tuū: sed accusatiōis & inq̄sitiōis finis est publica punitio, vt poena publica vnius, terrori sit cæteris, secūdum illud Paul. 1. Tim. 5. Peccantes corā omnibus argue, vt & cæteri timorē habeant. Hoc enim differt inter poenā huius vitæ & poenā eternā inferni: nā poenē huius vitæ non per se expetuntur, nec debent infligi propter malum hominis, sed in q̄tum sunt medicinales vel ipsi cui infliguntur, vel alijs: at poeta inferni nō est medicinalis, sed solū est in malum & supplicium damnatorū, propter bonum iustitiæ: tametsi in hac vita nos iuret ad terrorem.

¶ Et ex hac prima differentia nascitur secunda, vt ratiocinatur S. Thom. 2.2. q.33. ar.1. quæ ad euidentiā dicendorum præcipuum habet fundamentū. Correptio fraterna differt ab accusatiōne & inquisitiōe, genere virtutis. Nam correptio fraterna est actus & officiū charitatis, accusatio verò & inquisitio sunt ope-

Correpti ra iustitiæ. ¶ Quòd si perconteris an sit actus proximus &, vt o etl' est dicunt, immediatus charitatis. Respōdetur q̄ non est nisi actus charita - proximus & immediatus misericordiæ: quæ est species & effe-
ctus particularis charitatis: nā benefacere fratribus: est genera-
le officium charitatis: sed bene facere specialiter ad leuandum miseriam: est species & effectus particularis charitatis, vt docet S. Thomas. 2.2. q.31. & cùm peccatū sit summa inter miserias ho-
minum, fit, vt corripere peccatorem, sit præcipuū opus miseri-
cordiæ, post illud quod est remittere peccatum inimico. Vnde Albinus (quod est in Decretis. d. 45.) Tria, inquit, sunt genera eleemosynarū: vna corporalis, eḡti dare quicquid poteris: alte-
ra spiritualis, dimittere à quo l̄esus fueris: tertia delinquētes cor-
rigere, & errantes in viam reducere veritatis: eleemosyna verò græcē idē est quod misericordia. Et hoc modo correptio est o-
pus charitatis: quod significat illa ȳba Hebr. 12. Deus quos dili-
git corrigit: imo & illa: Si peccauerit in te frater: nam nomē fra-
tris affectū explicat charitatis: & inde sumptū est nomē: corre-
ptio fraterna ad differētiā correptiōis & castigatiōis plati p accu-
sationem aut inquisitionē, q̄ dicitur iudicialis. ¶ Quòd si argu-
as contrā, correptionē esse potius actū iustitiæ, ex glossa illa Ra-
bani, Matth. 18. Peccantē zelo iustitiæ corrigamus: respōdet. S.

Thom.

Q V A E S T I O P R I M A.

Fo. 18.

Thomas. 2.2. q.33. ar.1. q̄ vel loquitur de correptione prælati, q̄ est actus iustitiæ: vel loqtur de iustitia, vt est generale nomen omniū virtutū. Sed forsitan Raban⁹ voluit insinuare q̄ licet correptio peccatorē sit opus misericordiæ, tamē si cōparetur ad hoc quod est parcere poenitēti, habet quodā modo speciē iustitiæ. Ait enim. Peccantem zelo iustitiæ, corrigamus, & poenitēti vi- scera misericordiæ pādamus. Et licet vtrūq; sit opus misericordiæ, tamen condonare peccata est mera misericordia: sed correptio & arguere habet aculeū iustitiæ. Distinctio Archidiaconi. ca. Si peccauerit. 2. q.1. videlicet, q̄ quaten⁹ correptio ordinatur ad emēdationē fratribus, est opus charitatis: sed quatenus ordina-
tur ad exēplū aliorū, est opus iustitiæ, sine ratione conficta est. Sed de Archidiacono nō faciem⁹ ampli⁹ mētionē: nā si habetur p̄ oraculo in hac materia est, q̄a ad literā, nec iota mutato, trāsf-
fert oēs octo articulos. S. Tho. 2.2. q.33. ¶ Ex his duabus differen-
tijs seq̄tūr alia: scilicet q̄ correptio p accusationē & inquisitionē
habet vim coactiū & coerciū: q̄ pindē solis platis & magistra-
tib⁹ incūbit: sed fraterna correptio oēs in vniuersum obligat: vt
q.3. manifestabim⁹. ¶ Ex his tādē colligitur diffinitio correptio **Correpti**
nis fratnæ: q̄ est apud Albertū, & apud S. Tho. in. 4. d. 19. Cor-
o frater-
reptio fraterna est admonitio fratribus de emēdatione delictorū,
ex fraterna charitate: vbi exprimitur, & finis, & genus virtutis.
¶ **H I S P R A E I A C T I S** respōdetur ad quæstionem **Prima cō**
quatuor cōclusionibus. Prima. Correptio fraterna est sub præ-
cepto, naturali, diuino, & humano. Conclusio est receptissima
cunctis doctoribus, & theologis, & iurisconsultis: vt sunt Altis-
siōd. libro tertio tract. 25. capit. primo. S. Thom. 2.2. quæstione.
33. ar.2. Richar. & cæteri sententiarij in 4. d. 19. & Panor. & cano-
nistæ capitu. Nouit. De iudicijs, & capitu. Si peccauerit. 2. q.1.
Quam conclusionem tenet etiam illic Innocentius: tametsi Pa-
normi. falsō intellexerit eius mentem. Verba enim Innocentij
sunt hæc in dicto ca. Nouit. Ad istam denunciationem non cre-
diūmus aliquē teneri, nisi sicut tenetur ad alia opera charitatis:
nisi sit talis, ad quem ratione officij & curæ hoc pertineret. Ex
quibus falsō colligit Panormita. intentionem Innocentij eam
esse, vt solis prælati sit p̄ceptū fratribus correptionis, cū tñ ille di-
cat q̄ alij nō tenetur: nisi sicut ad alia opera charitatis, q̄ tamen

C 4 sunt

MEMBRI SECUNDI.

sunt s̄apissimè in præcepto. Quare, nullus potest negare qui sit oībus sub præcepto, est tamē nobis in votis ī hac materia cōcluſiones vulgatas, & singularibus ratiōib⁹ afferere, & ad particula‐ria applicare: hoc enim in hac materia potissimè desiderandū est. ¶ Probatur ergo primò cōclusio iure naturæ. Homo est animal suapte natura ciuile & sociabile, vt author est Aristot. 9. Eth. & vt primo Polit. id latius explicat, nō solū ad societatem natus est, vt oves & boues, cæteraq; id genus animantia: quæ in hoc solum gregalia sunt, q; affectiōes suas illiteratis vocibus si‐bi mutuō manifestāt: sed homo in hoc est animal sociale, vt ali‐os alij ratione & sermōe instruat: atq; adeò, quid vtile sit, quid ve noceat: quid deniq; iustum sit, aut iniustum se inuicem doce‐ant, admoneantq; ergo quisq; hominū iure naturæ tenetur er‐rantem cōfilio suo & exhortatione in viā reducere: instar mem‐brorum corporis: quæ, cum nullū sibi solum sufficiat, mutuas sibi operas impendunt. ¶ Et augetur hæc ratio. Nam lex hæc naturalis arctius ligat Christianos: sanè qui nō naturali modo, sed baptismatis vinculo, mēbra vnius corporis sumus in Chri‐sto (verba sunt Apostoli. 1. Corith. 12. In uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus) ergo quēadmodum manus stomacho alimēta ministrant, sed stomachus vicissim manus a‐lit: pedes sustinēt oculos: & oculi pedes dirigunt: ita debēt pau‐peres diuitibus seruire, & diuites vicissim pauperes alere: atq; adeò iuuenes & robusti, senes & debiliores debēt sustinere: sed qui, tanq; senes, prudentia & consilio valent, tenentur velut o‐culi: ignorantes & errantes ad veritatem & virtutem reuocare: vt infabulis est græcorū de amicis illis quorum cum alter clau‐dus esset, alter vero cæcus: hic claudū humeris gestabat, ille ve‐rō gressus cæco dirigebat. ¶ Secundò probatur conclusio iure diuino. Primo. Ratione creationis Deus est omnium cōmunis Pater: qui debuit proinde nobis prouidere secundum nostram conditionem: sed cum nullus sibi solus sufficiat: non prospice‐ret Deus nobis vt pater, nisi vnicuiq; mādaret de proximo suo, vt habetur Ecclesiast. 17. at verō inter humanas necessitudines, vna nec infima est, vt quisq; errātē corripiat: ergo hoc est præ‐ceptum diuinum. ¶ Et confirmatur ex præcepto morali vet. le‐gis. Exo. 23. & Deut. 22. legimus. Si occurreris boui inimici tui,

aut

QVÆSTIO PRIMA. Fol. 19.

aut asino erranti, reduc ad eum: ergo, à fortiori, si quis viderit proximum suum errantem & deuiantem a Deo, tenetur eū re‐ducere: quanto proximus plus est q̄ bos aut asinus. ¶ Sed ter‐tiō & potissimum probatur conclusio præcepto Euangelico. Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solū: vbi Christus seruator noster nihil aliud q̄ naturale præceptū explicuit, nisi q̄ cūm esset sol iustitiæ, hoc, vt cætera præcepta naturalia illustrauit, formam quidem docens corri‐piendi, qua pudori & famæ nostræ cōsuleret optimè, vt sua fu‐it erga nos immensa charitas. Et q̄ verba illa sonent præceptū non solū colligitur ex verbo imperatiuo, corripe: sed ex ver‐bis proximè præcedētibus. Postq; enim meminit Christus quæ admodum venerat saluare quod perierat: atq; adeò, parabola de illo, qui nonaginta nouem ouibus in monte relictis, iuit quæsitum eam quæ perierat, exaggerauit quāti ei constitisset salus humani generis: subnectit: Sic non est volūtas ante patrē vestrum qui in cœlis est, vt pereat unus de pusillis istis. Et subse‐quitur. Si autem peccauerit in te frater, corripe eum & c: ac si a‐pertè dixisset: voluntas patris est vt tanta sit vnicuiq; cura fra‐tris sui, nè pereat, quanta fuit mihi: & quemadmodum manda‐tum est mihi a patre vt perditos homines lucrifacerē, ita & vo‐bis sit in præcepto. Vnde Inno. cap. Nouit. De iudicijs. referens prælatis Franciæ, verba hæc Euangelij, subiungit. Quomodo nos mandatum diuinū possamus non exaudire? Vbi insinuat illud esse præceptū. Animaduertite qui nomina vestra Christo in baptismo dedistis, q̄ nobis commendauerit fraternali corre‐ptionem, quam nos tamen contrà, curamus tam negligenter: quātoq; nos honore dignatus est, qui, quarū ipse fuit animarū redemptor per passionem, nos quodā modo per correptionē seruatores esse voluit: Si te (inquit) audierit, lucratus es fratrem tuum. Quod bene adnotauit Iacobus capit. quinto. vbi inquit. Fratres mei si quis vestrū errauerit à veritate & cōuerterit quis eum: scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorē ab er‐rore viæ suæ, saluabit animā ei⁹ à morte: & operit multitudinē peccatorū. Ergo qui fratres corripere parui faciūt, nō Christū, sed Cain imitātur: qui vel in hoc fuit caput ecclesiæ malignatiū, q̄ fratricidiū excusans, custodē se esse fratris falsū negauit. ¶ At verō

MEMBRI SECUNDI

verò q̄ dicta cōclusio, sit de iure positiuo multis canonibus cōprobatur, vbi præcipitur correptio fraternalis: vt d. 83. cap. Prouidendū, & cap. Consentire: &. 86. d. ca. Facientis: & expresse. 24. q. 3. ca. Tā sacerdotes. ¶ Secunda conclusio. Præceptū correptio nisfraternē obligat ex genere suo sub reatu mortali. Probatur.

Secunda conclusio Peccatū est grauissimū malū hominis: quare qui omittit fratrē à peccato liberare, cū possit, non habet erga illū charitatem: & ideo talis omissione est cōtra charitatē. Vnde Aug. sup cā. Io. tra. 7. exponēs illud: Si sic dilexit Deus nos, & nos debem⁹ alterutru diligere. i. Io. 4. Nō putas (inquit) te tūc amare seruū tuū quādo eū non cādis, aut tunc amare filiū tuū, quādo ei nō das discipinā, aut tunc amare vicinū tuū, quādo eū nō corripis. 5. q. n. c. Nō putas: & sermone. 16. De ybis dñi: exponēs præceptū Christi Matth. 18. Si neglexeris (inquit) cōuiciatorē corripere, peior es tacēdo, q̄ ille cōuiciādo: sed qui cōuiciatur mortaliter peccat: ergo & qui omittit corripere. ¶ Secundū probatur cōclusio. Super illud Rom. 1. Digni sunt morte, nō solū qui faciūt, sed qui cōsen- tiunt faciētibus: dicit glossa: Cōsentire est tacēre, cū possis arguere: & super illa verba Leui. 20. Succidā oēs qui cōfenserūt ei vt fornicaretur: ait glossa. Cōsentientes qui possunt accusare, argue re vel monēre, & non faciunt, non effugiunt iudicium. Quibus authoritatib⁹ cōfirmat. Ioā. octauus. 85. d. ca. Facientis. grauitet peccare qui negligit emēdere quod corrigerē potest: ergo omissione correptiōis est ex genere mortale. ¶ Tertiō id cōprobatur. Eleemosynē corporales, quādo sunt necessarię, sunt i præcepto sub reatu mortali: nā omissione earū cōtraria est charitati: secundū illud Io. 3. c. 1. cano. Qui habuerit substantiā hni⁹ mūdi, & videbit fratrem suū necesse habere, & clauserit viscera sua, quomodo charitas Dei manet in illo? Et Amb. Pasce fame moriente: si nō pauerit: occidisti. d. 86. c. Pasce: & Symmach⁹. 83. d. Mortē lāguētib⁹ probatur infligere qui hāc, cū possit, nō excludit: ergo, à fortiori, eleemosynē spirituales sunt i præcepto sub reatu mortali: sed int̄ spirituales miseriae summū est peccatū: ergo corripe peccatorē summa est misericordia: post illā q̄ est remittere peccata. Vnde glossa. Mat. 18. Ita (inquit) peccat q̄ vidēs fratrē peccare tacet, sicut q̄ poenitēti nō indulget. ¶ Postremō cōfirmatur cōclusio. In iudicio finali, vt est Matt. 25, omissione operū misericordia obij-

QVAE STIO. PRIMA.

Fol. 201

objicetur dānatis ī causam dānatiōis: sed null⁹ dānatur poena ǣtna, nisi de peccato mortali: ergo omissione misericordię sēpe ē mortalis: misericordię spūales p̄stāt corporalib⁹ & correptio ē mīa spūalis: ergo omissione illi⁹ ē mortalis. Potest tñ in indiuiduo esse quādoq; venialis: immo quādoq; sine peccato, vt statī q̄stioē seq̄nti explicabim⁹. ¶ Sed dubiū ē hic nō paruū, vtra sit maior obligatio, correptiōis ne, an eleemosynē corporalis: nā certè ho Dubium. mines nō tāti faciūt corripe fratrē, quāti alere paupes ī necessitate: neq; existimāt tā necessariū esse illud q̄ hoc: cū tñ aliunde moueat q̄ vita spiritualis p̄stātior sit corporali. ¶ Subijciā ergo Tertia cōtertiā cōclusionē notādā. Maior ē obligatio correptiōis q̄ eleemosynē corporalis ex ḡne obiecti: minor tñ ratiōe necessitatis. Grauitas. n. peccati ǣstimāda est, & penes obiectū, & penes circūstātias, p̄serti penes necessitatē, vt author est. S. Tho. 1. 2. q. 73. Prima ergo ps cōclusiōis manifesta est: q̄a vita spūalis p̄stātior est corporali. Vnde Gre. i. ho. sup illd' Mat. 11. Cū audisset Ioā. i. vīculis: Plus (ait) ē animā in ǣtnū victurā pabulo ybi reficere, q̄ yētrē moriturē carnis terreno pane faciare. Et Chrys. in ho. 3. sup epis. Cor. Et si immēsas pecunias paupib⁹ eroges. plus tñ efficeris, si vñā cōuerteris aīam. Sed, probatur secūda ps: nā eleemosynē spūales nō sunt ita frequēter simpliciter necessariae, si- cut corporales. Vbi notādū q̄ peccatū aut p̄cedit ex ignorātia, aut ex passiōe, aut ex malitia. Quādo p̄cedit ex ignorātia, tunc correptio est magis necessaria: q̄a tūc peccator resipiscere non potest, nisi istruatur. Sed qñ p̄cedit aut ex passiōe aut malitia, nō est, vt plurimū, tā necessaria correptio, q̄ est necessaria eleemosina patiēti extremā aut graue necessitatē: nā peccator tunc sine auxilio alicui⁹ p̄t cōuertiri, solo auxilio diuino: & tñ pauper nō p̄t seruare vitā sine auxilio fratrī. ¶ Vnde colligitur q̄ quādo correptio esset simpliciter necessaria, tūc grauior esset omissione illi⁹, q̄ omissione eleemosynē corporalis in extrema necessitate. V. g. Si hāretic⁹ puerteret Christianos p̄suadēdo pueris dogmata, & ego solus aut ego cōmodi⁹ possem illos liberare illa ignorātia, p̄fecto graui⁹ peccassem nō corripiēdo, q̄ si p̄mitterē p̄ire hoīem fame. Probatur: q̄a necessitas est eadē, & detrimētum est grauius. Et isto modo sunt intelligēda verba Augu. ad Bonifacium: quae habentur. 23. q. 4. c. Ipsa pietas: vbi dicit, multo

M E M B R I S E C V N D I:

multo magis nos teneri ad eleem osynas spirituales, q̄ ad corporales: intelligit (in q̄) vbi est æqua necessitas: sed quādo peccatū nō pcedit ex ignorātia, regularit nō est tāta necessitas, q̄ta eleemosynæ corporalis. Quare reguralē plures sunt casus in quib⁹ tenemur ad eleemosynas corporales plus q̄ ad correptionem. ¶ Quod si quis quærat, in quo gradu tenēdū est, esse pceptū de correptiōe frāna: an sit hæreticū oppositū sentire: q̄a videtur. Inno. dicto. c. Nouit. De iudicijs. determinasse q̄ sit præceptū particulare correptiōis Matth. 18. ¶ Respōdetur p̄ quartā cōclusiōne. Nō cēseretur hæretic⁹ q̄ negaret esse præceptū particulare correptiōis, saltē datū, Matth. 18. priuatis psonis: esset tñ hæreti cū dicere q̄ nō cōprähēditur sub generali pcepto charitatis & eleemosynæ. Prima ps, pbatur: q̄a illa verba Matth. 18. quanq̄ in rei veritate explicēt præceptum naturale, vt diximus, tñ pos sent aliquo modo glossari, aut q̄ sunt de cōsilio, aut q̄ non est absolute pceptū corripiēdi, sed solū pceptū de ordine: vt qñ q̄ corripiat, illū ordinē seruet, aut q̄ solū est pceptū respectu platorū: nā Petro p̄ticulariſ dicta sunt. Vnde Inno. q̄a erat papa, putabat sibi esse pceptū corripe regē Frāciæ. Sed. 2. ps, pbatur: nā lege charitat̄ cōtinetur, vt necessitatib⁹ pximorū, puideam⁹. ¶ A D P R I M V M argumētū. Cōceditur q̄ null⁹ potest cōuerti, nisi misericordia Dei præueniēt: & ideo: quē Deus indurat, sicut Pharaonē, nō potest homo corrigere: nihilominus homines debemus adiuuare misericordiā dei: sumus. n. secundū Ioā. in. 3. can. vt cooperatores veritatis: scilicet, disponētes ad gratiā quā Deus infundit: secundū illud. i. Cor. 3. Ego plātaui, Apollo rigauit: Deus aut̄ incrementū dedit. Vnde Aug. quod habetur. 23. q. 4. cap. Sicut. Licet aliqui (inquit) a solo Deo corrigātur, vt Petrus: nihilominus nō est negligenda correptio nostra: quia tūc ex correptiōe homo pficit, cū Deus miseretur & adiuuat. Et statim, ca. Nabuchodonosor. dicit ē cōtrario, q̄ licet aliqui etiā correpti nō emēdentur, vt Pharaō, nihilominus nō est à correptiōe cessandū. ¶ Ad secundū argumētū respōdetur primò q̄ sāpē est tanta necessitas correptiōis, q̄ta eleemosynæ: vt puta quando peccatū procedit ex ignorantia, vt dictum est in tertia conclusione. Et secundo respondetur quod quādo pcedit ex passione aut malitia, quāuis nō sit tūc adeō necessaria,

nihil

Q V A E S T I O S E C V N D A. Fo. 21.

nihilominus magnopere peccator indiget admonitiōe: vt egredij docet Chrysost. super primā epistolam Cor. Homelia. 44. nam quāuis qui peccat ex passione invniuersali cognoscit peccatum & priuationem gloriæ & pœnas inferni, tamen in particulari habet excæcatū iudicium: & ideo indiget peccator identidē hēc admoneri. Vnde, Si verbis tuis (inquit Chrys.) nō obediāt peccator, interim custodi & contine a maligno negotio: fortasse enim reuerebitur. ¶ Ad tertium argumentum respondetur q̄ præceptum correptionis fraternæ reducitur ad quartum præceptum de honoratione parentum: sub quo militant oīa præcepta quibus tenemur impendere aliquod beneficium proximo. Nam in decalogo solū sunt illa præcepta quæ statim proposita recipiūt sine aliquo doctore: sed quē nō sunt adeō manifesta quin indigeāt expositione sapientum, virtualiter cōprähenduntur sub illis, vt docet. S. Tho. 1. 2. q. 100. ar. 3. Atqui, præceptum honorandi parentes statim p̄positum naturali lumine recipitur, sed benefacere alijs proximis, licet nō sit ita manifestum, tamē facili negotio persuadetur. ¶ Ad ultimam cōfirmationem nescio quid aliud respōdeamus, q̄ vt exhortemur ne tāta sit negligentia huius præcepti. Nam in religionibus, & inter viros timoratæ conscientiæ non est tanta incuria huius præcepti. Cæteri verò aut excusantur quia pauci sunt qui sperent sua correptione posse fratres emendare: aut accusandi sunt, vt dicit Augustinus, quia ex verecundia aut alio humano respectu omittunt præceptum implēre Euangelicum.

Q V A E S T I O S E C V N D A.



T R V M P R A E C E P T V M C O R
reptionis obliget semper & pro quocunq; tempore. ¶ Ad partem affirmatiuā arguitur primò. Apostolus admonet Timotheum: Argue, obsecra, increpa, opportunè, importunè. i. Tim. 4. & Propheta: Clama, ne censes: annuncia populo meo scelera eorum. Esa. 58. ergo nulla nobis est opportunitas obseruanda, sed sine cessatione corripendum. ¶ Secundò arguitur. Si aliqua de causa cesstandum esset a correptione, maximè quando timeretur peccatorem de cor-
rep-

reptione scandalum accipere & deteriorem fieri: sed (vt inquit Hieronymus) veritas vitæ non est dimittenda propter scandalum: nam, auctore Beda, utilius scandalum nasci permittitur, q̄ veritas relinquatur: De regu. iu. c. Qui scandalizauerit: ergo ppter scandalum non est cessandum a correptione: exemplo Christi, Matth. 15. qui propter scandalum pharisæorum nō cesauit predicare veritatem. ¶ Tertiò arguitur. Si aliquid nos posset excusare à correptione, id esset præsertim quando corripere nō possumus sine magno incommodo nostro & detimento: sed non excusatur a peccato mortali qui vel metu mortis omitit corripere: ergo præceptū correptionis obligat pro quocunque tempore. Minorem videtur docere Augustinus. i. Deciui. Dei cap. 9. cuius verba sunt. Propterea cum malis flagellantur & boni qui non corripiunt: quia reformidatur vulgi iudicium, carnis excruciatio, aut perēptio. ¶ Sed in contrarium est quod præceptum correptionis est affirmatiuum: & præcepta affirmatiua non obligant pro quocunque tempore.

AD QVÆSTIONEM respondetur nouem conclusionibus: Prima. Præceptum correptionis non obligat pro quocunque tempore, sed conuenientibus necessitate & opportunitate. Probatur conclusio. Hoc differt inter præcepta affirmatiua & negatiua, quod præcepta negatiua prohibent malum, affirmatiua præcipiunt verò bonū: bonū autem, vt ait Diony. 4. cap. De di. no. consurgit ex integra causa: malum verò ex quocunq; defectu: quo fit vt malum nunq̄ bene fiat, sed quomodo cunq; & quotiescunq; fiat, est peccatum, nisi ignorantia excusat: sed tamen id quod est bonum ex obiecto nō bene fit, nisi quādo suis circumstantijs vestitur: & ideo quis vtrunq; præceptum obliget semper, id est, quātum ad præparationem animi: tamen quantum ad exercitium, negatiuum obligat (vt dicūt) pro semper: affirmatiuum verò, non, nisi concurrentibus circumstantijs secundū necessitatē: & quia finis correptionis est correctio & emendatio fratris, tunc obligat hoc præceptū, quando emendatio est necessaria & fieri potest comodè. Et quidē Gerson inter theologos, De correptiōe. tract. 34. & Astensis iurisconsultus libro secundo. tit. 6. constituūt sex conditiones necessarias ad correptiōem: tres ex parte corripi-
entis.

entis: quæ sunt, certa peccati cognitio, mansuetudo, & commoditas, ita vt non sit ali⁹ qui commodiūs corripere possit: & tres ex parte corripiendi: videlicet, q̄ eius peccatum sit mortale, q̄ sit spes emendationis, q̄ nō spectetur aliud tempus opportunitus. Hæc autem operæ pretium erit de suis principijs enucleare: necessitas nanq; corripiendi iudicanda est, & ex obiecto, & ex circumstantijs: scilicet, ex peccato, & ex conditionibus peccatoris atq; corripiētis. ¶ Sit ergo secūda cōclusio. Omne peccatum mortale est materia necessaria correptiōis. Probatur. Finis correptiōis est lucrari & recuperare fratrē: vt patet ex ybis Euāge-lij: Si te audierit, lucrat⁹ es fratrē tuū: ergo omne illud p q̄ frater pditur est materia correptiōis: sed p peccatū quodcūq; mortale pditur homo & auertitur à Deo: ergo omne peccatū mortale est materia correptiōis. Ex ratiōe cōclusiōis exprimitur ei⁹ sensus: intelligitur. n. q̄ties peccatū pēdet qdāmodo ī futurū, ita vt maneat, aut ptīacia, aut piculū peccati. Nā si peccatū ē omnino præteritū, non est materia correptionis. Hoc adnotauerim propter glossam in capitulo Si peccauerit. secūda. q. i. dicentē q̄ præceptum correptionis est solum de peccato futuro, vt euītetur: sed præteritum corripere solum est consilium: quā glossam alij nō probāt, dicētes q̄ respectu peccati, etiā pteriti, currit pceptū correptionis: sed tñ his nō obstātibus manifestū est q̄ si peccatum est iam præteritum, ita vt nec maneat complacētia, nec periculum in illo, nō est præceptū nec cōsilium correptiōis. Probatur: qā cessante fine, cessat necessitas mediij: quādo ergo peccator emēdatus est: nulla est necessitas corripiēdi. Imo vero pñiosum eset cicatricē sanati vulneris refricare, cū Propheta beatos eos censeat quorū remissæ sunt iniqtates, & quorū tecta sunt peccata. Et in hoc differt correptio fraterna ab accusatiōe & inq̄sitiōe: q̄ locū etiā habēt in peccatis pteritis & emēdatiis: qā finis earū est punitio, ppter bonū cōmune. ¶ Ex sensu cōclusiōis subseq̄tur secūdō, pecūniale aliquā esse necessariā materiā correptiōis: puta quādo ī piculū hoīem cōiicit peccādi mortali: maximē si ex gñe suo ordinetur ad mortale: vt cū qs domū ingreditur suspectā, aut familiaritatē cōserit cū mulierculis: qd̄ illo pcepto regulæ Aug. admōemur. Si oculi petulātiā ī aliquo vestrū aduerterit, statim admonete, ne malē cæpta, p̄grediātur.

Sicut

MEMBRI SECUNDI

Sicut enim qui videret hominem subire periculum mortis temporalis, mortaliter peccaret nisi eum seruaret, ita & qui non seruaret hominem a periculo mortalis peccati. ¶ Sed contra hanc secundam conclusionem, quatenus vniuersalis est. arguitur. Super illis verbis euangelij: Si peccauerit in te frater tuus: ait glossa interlinearis: Id est, si iniuria te affecerit: ergo solus est preceptum ut su as quisque; iniurias corripiat, & non alia peccata. Quod confirmatur ex glossa Hieronymi: Si peccauerit in nos fratres, & in qualibet causa nos laeserit, dimittendi habemus potestatem: si autem in Deum quis peccauerit, non est nostri arbitrij. Vbi insinuat quod peccata in Deum non sunt materia correptionis, sed accusatiois potius. ¶ Respondeatur quod illa glossa non intendit limitare preceptum correptionis ad solas proprias iniurias: nam Christus, ut diximus, nihil aliud fecit quam exprimere ordinem precepti naturalis, quo certe tenemur corripere quemque; peccata proximi: & ideo non est preceptum de his aut illis peccatis corripiendis, sed de ordine corripiendi omnia: & maxime quia vanum esset corripere propriam iniuriam, postquam illata est. Imo vero proprias iniurias, si probare possumus, non tenemur secretum corripere, sed licet nobis statim in iudicio vindictam petere: sed si recipienda est illa glossa intelligenda est hoc modo: ut omne peccatum quod fit in praesentia mea appelletur quodammodo iniuria mea, qua est contra pudorem & reverentiam meam. Sed yha Hieronymi potius attinet ad indulgentiam peccatorum, quam ad correptionem: scilicet quod possumus dimittere peccata propria, sed tamquam peccata in Deum, aut bonum commune: ut sunt hereses, & prodiciones, denunciare tenemur: ut infra dicemus, si secreta correptione statim extingui non possunt. Sed omnia sunt nihilominus materia correptionis, si certa spes sit emenda. ¶ Arguitur tamen secundo ex glossa Augustini super eiusdem ybis, Si peccauerit in te: id est, te sciente. 2. q. 1. cap. Si peccauerit: quae germana est illius textus: ex qua colligitur quod sola peccata occulta sunt materia correptionis: & non publica. Respondetur quod nos solum asserimus omne genus peccati esse materia correptionis: sed Augustinus loquitur de ordine corripiendi expresso in Euangeli: quod scilicet peccata secreta secretum corrigantur, cum illa quae sunt publica, possint publice corripi: de quo latius questione quarta. ¶ Tertia conclusio. Peccata venialia singula

Tertia conclusio.

QUAESTIO SECUNDA. Fol. 23.

ris personae nisi sint pro se ordinata ad mortalia, non tenemur corripere sub reatu mortali: secundum, si in republica iam percrebuerint. Prima pars probatur: quia nullus tenetur se de venialibus corrigerere, nisi sub reatu veniali: ergo nec frater tenetur corripere fratrem ab illis sub reatu mortali. Et de huiusmodi venialibus puto intellegit Palu. 4. d. 19. quod dicit quod de veniali non est necessaria correptione. Qui tamen posset fratre emendare a consuetudine leuiter menteundi, aut iurandi, teneretur quidem: aliisque peccaret venialiter: ille enim etiam est quodammodo lucrari fratrem. Et hoc est preceptum Christi. Io. 13. Si ego laui pedes vestros, vos debetis alterius alterius lauare pedes. Per lotionem enim pedum intelligitur ablutione peccatorum venialium, ut notatus doctores super illis verbis precedentibus: Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet. Secundam verò partem conclusionis mihi persuadeo, saltem de prelatis. Praelatus enim qui posset plebem suam a leuisbus iuramentis purgare, aut ab aliis consuetudinibus peccandi venialiter, teneretur id facere sub reatu mortali. Probatur. Nam praelatus ex officio incumbit cura boni publici: & ideo tenet notabile datum publicum sub reatu mortali purgare si possunt: & peccata venialia, quamvis in singulis personis non sint notabile malum, tamen quando sunt frequentia in Republica, magni momenti est illa extirpare. ¶ Et confirmarur. Nam si in religione nostra cadent obseruationes nostrae, ut puta fratres passim veterentur linces, vescerent carnibus & silentia ruperent, quavis haec apud nos nulla sint peccata, tamquam praelatus qui huiusmodi damna refascire posset & ad regulam reuocare, teneretur certe sub reatu mortali id satagere. Sed de hoc aliisque: ne lineam correptionis fraternalis transgrediamur. 4. conclusio. Quarta conclusio. Tres sunt circumstantiae requiritae, ut sit obligatio corripiendi: scilicet, cognitio peccati, spes emenda, & opportunitas: loquitur enim haec conclusio de solis circumstantiis quae faciunt necessitatem & obligationem corripiendi: nam prudentia, maledicentia, &c. sunt circumstantiae, ut ritore fiat correptione. Primò requiri antequam quis corripiat, ut nouerit fratre esse aut in peccato mortali aut in periculo peccandi: unde Ecclesiastes 20. Prius quam interroges ne vituperes quem. Sunt qui dicant satis esse hominem dubitare de peccato fratris, ut debeat ipsum corripere: sicut ad eleemosynas corporales

D non

non solum tenemur quādo manifesta est necessitas corporis, sed quando verisimiliter dubitamus. Sed tamē profectō nō est par ratio: quoniam in corporalibus nullū est periculum, si eleemosyna erogetur nō indigentia: at in spiritualibus, nocet proximo qui leuiter & temerē iudicans eum esse peccatorem, obijcit ei peccatum. Verum est tamē q̄ pensandae sunt cōiecturæ facientes rem probabilem, & conditiones personarū: licet em̄ quādoq; insinuare fratri crimina sua, de quibus rumor spargitur, dum modō prudētia & temperamento id fiat. Hoc tamē admonitos esse volo sacerdotes: sanè nullatenus licere, de his quę in cōfessione audierūt, peccatorem extra confessionem corripare: vſq; adeo em̄ sacrosanctum est sigillū confessionis, vt, nisi in cōfessione, nullo mō liceat peccata exprobrare aut insinuare pœnitenti. ¶ Secunda conditio est, vt sit spes emendæ: nam aliās correptio esset vana: & ad opus vanū nemo obligatur: & præcepta mediorum sunt propter consecutionē finis: debet nāq; qui arat in spe arare, & q̄ triturat triturare in spe fructus percipiendi. 1. Cor. 9. & Matth. 7. prohibemur sanctū dare canibus & margaritas ante porcos projcere: & Prouer. 9. Noli corripere derisorē ne oderit te. At verò, non debet hinc ansam capere Christiani: vt sint negligētes corripiendi: excusant em̄ multi negligentia suam causantes rarā esse spem emendationis, cūm tamē frequentissimos, contra, sentiamus emendatos, de quibus male sperabamus: vt admonet Augustin⁹. 23. q. 4. ca. Nabuchodonosor. ¶ Vnde prudenti distinctione vtendum nobis est in proposito. Aut enim quis certus est sufficiētibus cōiecturis nihil se esse profuturum: & tūc non tenetur corripere: nam, vt inquit Ioannes cap. 5. 1. cano. Est peccatum ad mortē: nō dico pro illo vt roget quis: sed tūc locum habet glossa super illud Ioā. 2. Zelus domus tuæ comedit me: Bono zelo comeditur qui quælibet parua q̄ viderit, corrigere satagit: & si nequit, tolerat & gerit. Quod si quis arguat, quia semper erit spes proprij p̄mij ex meritō correptionis. Respōdetur q̄ quādo correptio est vana, nō est meritoria. Si verò quis dubitat an proderit, & certus est q̄ nō Oberit corripiendo, tunc debet corripere: sicut medicus quādo certus est medicinā nihil obfuturā, & dubitat esse profuturā, adhibēre debet. Hanc regulam docet Augustinus,

De

De pœnitentia. d. 7. cap. Si quis el segundo: Ideo do tibi pœnitentiam, quia nescio an tibi proderit, nam si scirem nō tibi proderet, non tibi dare: & in libro De correptione & gratia: Nesciētes quis pertineat ad prædestinatōrum numerum, & quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus saluos fieri. Itaq;, solum excusamur à correptione quādo certi sumus nihil nos profuturos: quia debet qui arat in spe arare: sed quando opinamur sub dubio nos posse prodesse, corripere debemus: aliās qui obseruat ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nūquām metet. ¶ Sed quid si quis timet Dubium. potius corripiēdo obesse quām prodesse? Tunc, aut timet obesse non solum peccatori qui indurabitur, sed bono communi & religioni: & tūc cessandum est à correptione. v.g. Vereor si corripiam impudētem & perditum hominem, blasphematurum nomen Dei: aut si ex sacris illum admoneam literis, contempnū & falso interpretaturum: cessandum est tunc à correptione: quia bonum commune, & maximē religionis, præferendum est bono particulari: & illud esset dare sanctum canibus, & mittere margaritas ante porcos: nō enim canes aut porci cēsentur quibus nihil prodest disciplina, sed qui illam impugnant, contennuntq;. Verba sunt Augustini libro secūdo De sermo. domi. in monte. capitu. 31. Canes pro oppugnatoribus, porcos pro contemptoribus, non impropriè accipimus. At si quis timet offuturū solum peccatori in temporalibus: quia si corripi. v.g. fratrem, maximē inde tristitia & pudore affectus, infirmabitur, aut aliud detrimentum incurret, tunc adhibenda est cautela, vt quām minimo danno fieri possit correptio fiat. Nihilominus non est propterea cessandum: quia bona spiritualia præferenda sunt temporalibus: secundūm illud Matthæi quinto. Expedit tibi vt pereat unum membrorum tuorum, quām totum corpus tuum mittatur in gehennā ignis. ¶ Hoc veruntamen habet quæstionem: si quis timet obesse soli peccatori in spiritualibus corripiendo, an debeat nihilominus corripere? Ad cuius partem affirmatiuam formatum est secundum argumentum principale. ¶ Sanctus Thomas secūda secundæ quæstione trigesima tertia articulo sexto, distinguit duplē esse correptionem: alteram iudicialem,

D 2 quæ

MEMBRI SECUNDI.

quæ pertinet ad prælatos: & hæc nō est dimittēda propter tūbationē delinquētis: etiā si sit incorrigibilis: sed puniēd⁹ est ex ordine iustitiæ propter bonum publicū. Alia est correptio fraterna: & dimittenda est quādo timetur turbatio & maior peruersio peccatoris. Vnde nos possumus colligere q̄ quādo peccatū est in perniciē publicam, aut in præiudicium tertij, vt hærefis, aut proditio: aut cū quis machinatur occidere aliū: tunc, quamvis timeatur turbatio & obduratio peccatoris, est denunciandum illi qui potest prodesse & non obesse, si peccatū est secretum: & si sit probabile potest etiam denūciari vt puniaſ correptione iudiciali, vt latiū explicabim⁹ quēſt. 4. Sed si peccatū non est huiusmodi, tunc, si timetur induratio fratis & lapsus in peiora, nulla est necessaria correptio: Nam iudicialis nō est tūc necessaria: & fraterna, quia solum ordinatur ad emendationem fratis, esſet tunc pernicioſa. Vnde August. i. de ciui. Dei. cap. 9. Si propterea quis obiurgandis & corripiendis malē agētibus parcit, quia eisdē ipſis metuit ne deteriores ex hoc efficiantur, consilium est charitatis. Et hoc intendit sapiēs, dicens. Noli arguere derisorem, ne oderit te: vbi glossa: Nō est timendū ne tibi derisor cūm arguitur cōtumelias inferat, sed hoc potiūs prouidendum, ne tractus ad odium inde peior fiat. ¶ Sed est magnū argumentum, q̄ licet peccatum non sit in præiudicium rei publicæ, nec tertiae personæ, nō obſtantē timore maioris indurationis & puerſionis peccatoris, sit corripiēdus. Christus em̄ präcipit corripiere fratrē: primo ſecretō: mox adhibēre testes: deinde denunciare: & tandem pertinacem excōmunicare: ergo quāuis nulla sit ſpes emendæ, corripiendus est frater, vt de pertinacia excōmunicetur. Et Christus loquitur illic de correptione fraterna quæ eſt respectu cuiuscūq; peccati. Panor. in capi. Nouit. De iudicijs propter hoc argumentum tenet q̄ non est ceſſandum à correptione: licet non sit ſpes correptionis: imò quāuis timeat peccatorem futurum eſſe deteriorem: quia tunc debet denunciari propter bonum exemplum aliorum. ¶ Sed certè hoc ſolum eſt verum quādo peccatum eſt publicum aut vergit in detrimentum aliorum. Aliās falſum eſt vt iam modō probatū eſt. ¶ Respondeſ ergo ad argumentū q̄ Christus in illo præcepto ſemper ſupponit ſpem emendæ, vt certè habenda eſt

QVÆSTIO II.

Fol. 25.

eſt: eſſet enim nequissimus qui poſt exhortationē amici & adhibitionem testium & denunciationem, non obediret ecclesię. Vnde tanq; rarissimum addit Christus: Si eccliam nō audierit (ſcilicet, vt ſperabaſ) tūc ſit ſicut ethni⁹ &c. Vnde, ſi à principio timetur potius peruersio fratri, q̄ ſperetur emendatio, ceſſandum eſt à correptione. ¶ Tertia & poſtrema conditio vt quis ſit obligatus corripere, eſt opportunitas: primo ex parte personæ, vt non ſit alijs qui commodius corripere poſſit: poſſit, inquam, de potētia (vt dicunt) proxima: nam quamvis ego nouerim alios adere qui melius corripere poſſint: vt eſt prætus aut doctoṛ: tamen video negligentes eſſe, tunc ego teneor: quemadmodum cum video hominem grauem pati neceſſitatem, licet ſint parentes & cognati qui ſubleuare poſſint miferiam hominis, video tamen eos nō facere, tunc ego teneor. Nec tamen quamprimum videmus fratrem in peccato tenemur corripere: quia forſan ſine correptione ipſe emendabitur. Requiritur præterea opportunitas tēporis: nam ſi viſ hominis recenti iniuria affecti feruentem bilem extingue, nihil aliud facias, quam igni adhibere ligna. Vnde Augustinus libro De ciuitate dei. capi. 9. Si quis obiurgandis & corripiendis male agentibus parcit, quia opportunum tempus inquiritur, non videtur eſſe cupiditatis occaſio: ſed consilium charitatis. ¶ Sed vtrum liceat aut expedit quandoq; perditum hominem permettere in peiora prolabi crimina, vt ignominia peccatorum cōfusus facilius refipſcat & emendetur. Eſt enim pro parte negatiua argumentum q̄, cum peccatum ſit offenſa Dei, non eſt propter aliquem finem permittēdum: videtur nanq; q̄ quemadmodum mala non ſunt facienda vt inde veniant bona, ita nec ſunt permittenda. ¶ Respondetur. Deus qui nunquam permittit malum niſi propter bonum, bifariam permittit mala: vno modo in pœnam priorum peccatorum: ſicut gentes, eo q̄ eum non glorificauerunt, tradidit in reprobum ſenſum: vt dicit apostolus Rom. primo: & hac ratione non licet nobis permettere peccatum quod euitare poſſumus: non enim pertinet ad iudicium humanū punire homines illa via. Alio modo permittit Deus peccata vt cautiſ homo viuat: ſicut forſan permifit peccatum Petri: nam, vt habetur Ecclesi. 42. Melior eſt iniquitas vi-

D iiij ri

ri (id est hominis prudētis & fortis) quam mulier (id est, homo ignauus & imprudens) bñ faciens: quia ille ex peccato cautius resurgit: hic vero ex boni operis cōplacentia vana securus periculosis cadit. Et hac ratione licet nobis aliquando permettere peccatorem ad tempus peiuscadere , vt cautius resurgat : nam correptio est propter emēdationem: & ideo facienda est vt melius cōducit ad illum finem. Nec est idem, propter bonum permettere malum: quod, propter bonum facere malum. ¶ Quinta conclusio colligitur ex superioribus . Omissio correptionis trifariam contingit. Quādoq; enim est officium & virtus charitatis: quādoq; peccatum veniale: & quandoq; mortale. Conclusionē hāc colligit. S. Thom. 2.2. q.33. arti. secundo. ex Augustino. i. De ciuitate dei. capite. 9. Et prima quidē pars facilis est: nam, quanquā omissio correptionis, quādo est necessaria, peccatū sit ex genere mortale, vt dictū est, tamen si omittatur propter causas expressas in tertia conclusione, est virtus. Secunda & tertia pars habēt plus difficultatis apud. S. Thom. & doctores. Verba sancti Thomē sunt hēc. Fraterna correptio prætermittitur cum peccato mortali, vt dicit Augustinus, quādo formidatur iudicium vulgi , & carnis excruciatio, vel peremptio: dummodo hāc ita dominētur in animo, q̄ fraternæ correptioni præponantur . Et hoc videtur contingere quando aliquis præsumit de aliquo delinquēte probabiliter, q̄ posset eū à peccato retrahere, & tamē propter timorē vel cupiditatēm prætermittit. Sed alio modo omissio est peccatum veniale, quando timor & cupiditas tardiorem faciūt hominem ad corripiēdum, non tamē ita q̄ si hoc constaret, q̄ fratrem posset à peccato retrahere , propter timorem vel cupiditatem dimitteret, quibus in animo suo præponit charitatem fraternā. Hēc. S. Thomas. Et similia verba dicit Ricar. & omnes theologi in. 4. d. 19. quos sequuntur canonistæ. Quæ verba profecto subobscura sunt,

Questio ¶ Pro quorum expositione queritur vtrum quotiescunq; **precipua** quis omittit corripere fratrē timore mortis peccat mortaliter. De qua quæstione sunt duæ per extremum opiniones: in qua rum medio, vt puto, consistit veritas. Vna est q̄ quotiescunq; quis omittit corripere timore mortis peccat mortaliter. Ita iter alios expressè opinat Gabr. l. 74. Si quis (inquit) probabiliter crederet

crederet se posse frīna correptione retrahere adulterā ab adulterio, & timet adulterū ne ab eo occidaſ, & metu mortis omittit, peccat mortaſ: & sic ī similib⁹. Altera opinio est q̄ nūq; priuata persona peccat mortaliter omittēdo correptionē , nisi qñ cōsentit & cooperatur peccato. Ita opinat Francisc⁹ Mayronis sup verbis Augus. cōmemoratis veritate. 7. Adrian⁹. q. De cor. frater. licet nō ponat tā exp̄ssum exemplū sicut Gabriel , tenet tñ opinionē Gabriel. Et ambo videntur sibi manifestè elicere illam opinionē ex verbis August. & S. Tho. nā dicit August. bonos flagellari, quia omittunt corripere, eò q̄ formidatur carnis excruaciatio vel perēptio: quod S. Tho. exponēs: dicit quod qñ q̄s probabiliſ præsumit q̄ pōt aliū auertere à peccato, & omittit, pp̄ter cupiditatē vel timorē, peccat mortaliter. Et ratio insinuat manifesta: quia tunc postponitur charitas vitē corporali: nā ordine charitatis tenemur magis diligere vitā spiritualē proximi, q̄ corporalē propriā. Et Caietan⁹ illic dicit q̄ ex quacūq; causa quis omittat correptionē, nō est peccatū mortale, si salueſ in præparatione animi , q̄ si crederet aliū posse retrahere à peccato, oia postponeret charitati. Vbi designat vniuersalem cōclusionem, q̄ quicunq; & quotiescunq; credit probabiliter se posse corrigere fratrem, quacunq; causa omittat, peccat mortaliter. Sed quidqd sit de alijs, puto nec Augusti. nec S. Thom. id in vniuersum sensisse. ¶ Vñ ad euidētiā quintę conclusionis statuum⁹ sextā. Personæ priuatæ nullū est peccatū timore mortis aut amissionis notabilis famē: aut bonorum exteriorum cesare à correptiōe, vbi correptio nō est simp̄r necessaria: quamuis certū sit correptionē profuturā. v. g. In casu posito Gabrieли quo q̄s timore mortis cessaret corripere adulterā, nullo mō peccaret. Probat. Præceptū correptionis priuatum hoīem solū obligat ex charitate, & nō de iustitia: sed ad opa charitatis nemo tenet cū detrimēto vitē: aut cū notabili detrimēto bonoru aut famē aut honoris: ergo nec ad correptionē. Prob̄ minor. Null⁹ teneſ facere eleemosynā existēti ī extrema necessitate, si īde subseq̄t extrema necessitas, ppria: & vfr qñ est grauis necessitas proximi, null⁹ teneſ incurrere tātā necessitatē vt succurrat aliena. ¶ Secūdō probat. Qñ correptio mea nō est simpliciter necessaria: quia videlicet frater pōt se corrigere sine correptiōe

mea: tunc ego non postpono charitatem proximi vitæ meæ, quamvis cesse corripere timore mortis: quia tūc vita mea nō est illi simpliciter necessaria. Et eadem ratione, si quis sine periculo honoris mei & bonorum meorum ipse potest se corrige-re, ego non præpono bona mea charitati, quamvis non exponam illa pro correptione: quemadmodum si quis comminare tur se peieraturum aut furaturum citra extremam necessitatē, nisi darem illi bona mea, ego nihilominus non teneor dare, vt seruem illū à peccato: quia ille ex malicia peccat, & non ex necessitate bonorum meorū: sed correptione mea nunq̄ est simpliciter necessaria peccatori, saltem vbi peccatum nō procedit ab ignorantia (de quo statim) nam quicūque cognoscit se esse in peccato, solo auxilio diuino potest intra se conuerti: ergo tunc non postpono charitatem proximi vitæ meæ corporali, q̄uis timore mortis cesse corripere. ¶ Tertio probatur conclusio ex vniuerso hominum, & sapientum, sensu: vnde magnum sumimus in moralibus argumentum. Qui enim timore mortis omittit corripere, à nemine profectò argueretur peccati: quan-quā si quis postponeret vitam vt emēdaret fratrē, laudaretur de opere supererogationis & consilij. ¶ Et quartò arguitur. Quia secundūm doctores nemo obligatur baptizare puerum cum periculo ppriæ vitæ: saltem quādō periculū est ab extrinseco: puta ex malicia tyrāni prohibentis me baptizare puerū: ergo, à fortiori, nec teneor cum tali periculo corripere fratrē: nam maior est necessitas puerō, baptismi, quād adulto, correptionis. ¶ Ethēc omnia confirmantur. Nam iugū Domini sua-ue est q̄ nō obligat nos ad opera difficillima: sed esset difficillimum in vniuersum priuatos homines obligare vt vitam expo-nerent pro correptione. Imò credo nec tenemur corripere cum magno periculo honoris: aut cum magna iactura bonorum temporalium. Et confirmatur secundo ex sententia S. Thom. 2.2. quæst. 36. artic. 5. vbi quærerit an teneatur homo diligere salutem spiritualem proximi, potius q̄ corpus proprium: & facit tertium argumentum ad partem negatiuam: quia homo non tenetur exponere vitam corporalē pro salute spirituali proximi, sed hoc est perfectorum: & respondet concedendo: Quia (inquit) nō est tāta cura nobis vitæ spiritualis proximi, quan-

ta est corporis proprij: nisi in casu quo quis tenetur prouidere saluti illius. Quod intelligit, quādō alicui incumbit ex officio: vel quando vita nostra est simpliciter necessaria saluti pximi: aliās exponere vitam pro correptione pertinet ad perfectionē charitatis. ¶ Septima cōclusio. Prælat⁹ aliqñ tenetur pro correptione subditorum exponere vitā, etiā vbi peccata non procederent ex ignorantia. Nam quanq̄ tunc non est vsq; adeò simpliciter necessaria eorum correptio, tamen, quia ratione officij incumbit illi correptio, fieri potest vt vbi priuatæ personæ fuerit consilium ponere vitam pro fratre, prælato sit præceptum ponere illā pro filio. Vnde de omnib⁹ in vniuersum amicis ait Christus Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, q̄ vt animam suā ponat quis pro amicis suis: quasi hoc ad perfectio nem pertineat: sed de pastoribus ait. Ioan. 10. Pastor bonus animam suā ponit pro ouibus suis: quasi hoc pertineat ad neces-sitatem. ¶ Sed tunc est dubium quid sentiat S. Thom. in illis verbis allegatis: scilicet, Quia si quis pr̄sumit de alio quōd pos sit eum à peccato retrahere, & omittit timore perēptionis aut excruciationis carnis, peccat mortaliter: quia vitam corporalē præponit charitati proximi: non enim solū loquitur de prælatis sed de vniuersis hominibus. ¶ Respōdetur quōd si da-retur casus quo vita corporalis priuati hominis esset simpliciter necessaria saluti spūali proximi, tūc non dubito quin tene-retur ille mori pro correptione fratris. Et hic est sensus S. Thomæ: nā aliās præponeret vitā charitati. Sed nescio an talis casus necessitatis correptionis possit occurrere: nam si peccatū pro-cedit ex malitia aut passione, ipse peccator se potest corrigerē: postquām cognoscit se esse in peccato: & si ex ignorātia inuin-cibili, tunc non est peccatum: & si ex ignorantia vincibili, tunc ipse tenetur querere doctore. At verò in tali casu si qui peccat ex ignorantia vincibili querit doctores qui illū instruant, tunc credo quencunq; etiam priuatum hominem, teneri, non ob-stante periculo mortis, docere illum veritatem, si non sit aliis qui corripiat: nam ille esset casus simpliciter necessitatis. Et pr̄terea tenetur quis pro bono cōi corripere non obstante peri-culo mortis. Ut si hæreticus peruerteret Christianos persuadē do falsa dogmata, quicunq; qui commodè posset, teneretur nō obstante

M E M B R I S E C V N D I.

obstante periculo mortis , obijcere se huiusmodi malo . ¶ Sed nunc restat dubium vtrum nunq̄ priuata persona peccet mortaliter omittendo correptionem , nisi quando correptio est simpliciter necessaria , vt expositum est . Nam si hoc eslet verū , ratiōnē occurret necessitas huius præcepti : quod tamē nobis summopere commendauit Christus redemptor noster : quin-

8. Cōclu. imò lex ipsa naturalis . ¶ Ad hoc respondet octaua conclusio . Non solum quādo correptio est simpliciter necessaria : sed etiā de peccatis communibus quæ non procedunt ex ignorātia , tenetur priuatus homo fratres corripere sub reatu mortali : quādo id fieri potest sine notabili detrimento vitæ aut bonorū temporalium . Probatur . Correptio obligat sicut reliquæ eleemosynæ : præceptum autem eleemosynæ non solum obligat in extrema necessitate : sed etiā in graui necessitate , de superfluo : at , quando peccatum nascitur ex passione vel malitia : quāuis peccator non sit in extrema necessitate correptionis : quia posset ipse resipiscere : tamen est in graui necessitate : quia difficilē homines emendantur sine correptione . Et sicut in diuitibus censetur superfluum diuitiarum illud quod citra graue detrimentum possunt elargiri , ita in correptione : quando quis facili negotio & sine detrimento potest corrigere fratrem , tunc tenetur sub reatu mortali corripere : nam alijs negligit salutem fratris : quod repugnat charitati . ¶ Nona & postrema conclusio . Multis modis contingit omissionem correptionis esse peccatum veniale . Primo quando quis omittit , putans se nihil posse proficere , tamen leuibus cōiecturis perdit spem : aut quādo ex aliquo metu cessat corripere , qui tamen est leuis : & multis alijs modis .

¶ A D P R I M V M argumentum principale respondet q̄ Apostolus nō p̄cipit importunè corripere , ac si nō debeat expectari opportunitas : quia correptio est actus virtutis , quæ requirit circumstantiam temporis : sed importunè intelligitur , quantum ad æstimationem perditorum hominum , quibus semper prædicatores & correctores sunt importuni . Et idem dicendum est ad illud : Clama ne cesses . ¶ Ad secundum argumentum latè responsum est cōclusione quarta : sed ad formam illius dicendum q̄ quando ex correptione timetur scandalum

Q V A E S T I O I I I.

Fol.28

dalum publicum , aut maior peruersio peccatoris , cessandum est . Et ad illud Hieronymi : Vtilius scandalum nasci permittitur , quam veritas relinquatur : respondeatur dupliciter : primo quantum ad veritatem vitæ , homo non debet facere cōtra præcepta dei quæ sunt necessaria ad salutem , propter scādaluū aliorum . Possimus tamen prætermittere opera cōsiliij quæ nō sunt simpliciter necessaria ad salutem propter scandalum secundū illud . primæ Corinthio . 8 . si esca scandalizauerit fratrem meū , carnes in æternum non manducabo . Quare cum præceptum correptionis sit propter emendationem fratrum , ceſante fine cessat præceptum : & ita non relinquitur veritas vitæ , si ad vitā dum scandalum vel peruersitatem fratribus , dimitatur correptio . Sed quantum ad veritatem doctrinæ nō debet homo cesare à prædicatione veritatis propter scandalum Phariseorum . exemplo Christi Matthēi . 15 . ¶ Ad tertium late responsum est sexta & septima conclusionibus : quando scilicet timore mortis licet omittere , quando vero non . Sed ad verba Augustini . I . De ciuitate dei . dupliciter possimus respondere : primo quod verba illa non sonant esse peccatum mortale omittere correptionem timore mortis : ait enim quod propterea boni flagellantur cū malis q̄a omittunt corripere eo quod timetur peremptio : & loquitur de flagellis temporalibus . Quare non intelligit nisi quod est forsitan peccatum veniale : & ideo illos qui ita omittunt vocat bonos . Sed quia . San . Thomas & Ricar . & omnes glossant illud esse peccatum mortale , exponatur , vt dictum est in septima conclusione , de prælatis : aut quando correptio est simpliciter necessaria .

Q V A E S T I O I I I.

T R V M omnes in vniuersum hoīes quocūsq; peccatores corripere teneantur . ¶ Ad partē negatiuā arguitur primo . Præceptum correptiōis Matthēi 18 . soli Petro , tanquam prælato ecclesiæ , datum est : & Matthēi quinto solis apostolis (quibus succedūt episcopi , capite . Quorū vices . 68 . distinctiōe) &



& cæteris discipulis (quibus succedūt inferiores prælati. capit. In nouo. 21. d.) dictū est: Vos estis sal terræ: Vos estis lux mundi: & in veteri lege Ezech. 3. & inferius. 33. soli speculatores: id est, prælati, admonentur illis verbis: Si dicēte me ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei ut auertatur à via sua impia, ipse impius in iniuitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram: vnde Hieronym⁹: Sacerdotes (inquit) studeat illud euangelij implere. Si peccauerit in te frater tuus: ergo soli prælati obligantur præcepto correptionis: quod officio pastoris, quales ipsi sunt, maxime congruit. Et ratione naturali confirmatur: nam inferiora hæc cœlorum influentia & motu gubernātur: & prælati in sacra scriptura cœlorum nomine per metaphoram cœsentur, qui enarrant gloriam dei. ¶ Secundo arguitur q̄ non teneamur corripere quoscunq; peccatores. Correptio, vt dicemus quæstione sequenti, procedit vsq; ad denunciationē quæ fit prælato: sed multi sunt qui non habent prælatum: vt papa, nisi in materia hæresis, vt habetur cap. Si papa. 40. d. & infideles: de quibus Paulus. i. Corinth. quinto. Quid mihi (inquit) de his qui foris sunt iudicare? & usurarios qui permittuntur ab ecclesia vanum esset corripere, postq; vanum esset denunciare: immo meretrices videtur esse pernicisum corripere: nam, vt inquit Augustinus, Tolle meretrices, & omnia turbabis libidine: & hereticos post primam & secundā monitionem præcipit Paulus euitare Tit. 3. immo nec cum ex communicatis licet communicare, vt dicit Paulus. i. Corinth. 5. ergo nec illos licitum cuiquā est corripere. ¶ Tertio arguitur. Subditis non licet prælatos suos corripere: ergo non omnēs tenentur præcepto correptionis respectu omnium. Probatur antecedens. Correptio (vt nomen sonat) fieri non potest sine increpatione: sed Paulus primæ Timoth. quinto. Seniorem (inquit) ne increpaueris, sed admone ut patrem: vnde Exo. 19. Bestia quæ tetigerit montem lapidabitur: & 2. Regum. 6. Oza percussus est à domino quia tetigerat arcam, cum se inclinaret ad casum: vbi significantur prælati, qui & latores legis sunt & custodes: sicut in monte dabatur lex, & in arca custodiebatur. ¶ Quarto & postremo arguitur. Peccatoribus nō est ius alios corripiendi: ergo non tenetur hoc præcepto: alias vtroq; modo peccarent,

peccarent, & corripiēdo & non corripiendo: & sic daretur perplexitas: quæ tamē est impossibilis in lege Dei. Probat antecedens. Christ⁹ reprehēdit eos qui vidēt festucā in oculo fratris, & non vident trabem in oculo proprio: & Paulus Romañ. 2. In quo alium iudicas, te ipsum cōdemnas, & psal. 49. Peccatori autem dixit De⁹, q̄re tu enarras iusticias meas & assumis testamētum meum per ostium: Et de pœni. d. 6. c. 1. §. Sacerdos. Potentissimum crimen est sacerdotū qui non prius se iudicat q̄ alios ligat: & Isydorus De summo bono: Non debet vitia aliorū corriger, qui est vitijs subiectus. Et ratione id cōfirmatur: quia correptio est officium charitatis: peccator autem qui corripit aliū cùm se non corrigat, non videtur id ex charitate facere, sed ex superbia: nam in quo quis se non diligit, non præsumitur aliū diligere. ¶ Sed in contrarium est decretum Anacleti papæ. 24. q. 3. Tam sacerdos, quām reliqui fideles, omnes summam debet habere curam de his qui pereunt: quatenus eorum redargutio ne, aut corrigantur à peccatis, aut, si incorrigibiles appearant, ab Ecclesia separentur.



V A E S T I O hēc duo īsinuat: primū, an oēs attingat præceptum correptionis: alterū, an vniuersis peccatorib⁹ teneamur id officium præstare. Ad quā quæstionem respōdet sex cōclusionib⁹. ¶ Prima. Oēs in vniuersum mortales, mō sint rationis compotes, tenen̄t p̄cepto correptiōis. Duplex ēm̄ est correptio, vt. q. 1. adnotauim⁹: altera q̄ est actus iustitiae: & hæc, quia procedit vsq; ad condēnationē & vindictam, atq; adeò vim habet coerciuā, solis principib⁹ incumbit, & platis publicā habētibus autoritatē: qui, vt habet. i. Pe. 2. sunt tanquam à Deo missi ad vindictā malefactorum, laudem verò bonorū: vnde Apostolus Roma. 13. Nō sine causa gladiū portat: Dei ēm̄ minister est, vindex in irā ei qui malū agit. Altera verò est correptio quæ est actus charitatis: cuius finis est emēdatio fratris: de qua, & mota est p̄fens quæstio, & respondet prima cōclusio, quæ facile colligitur ex superioribus. Præceptum enim illud euangelicum charitatis: Diliges Dominū Deum tuum, & proximum tuum sicut te ipsum, omnes mortales in vniuersum attingit

M E M B R I S E C V N D I .

attingit lege naturæ: sed corræptio est opus charitatis, & necessarium, vt iam manifestatum est: ergo omnes mortales ligat: atque adeò, non modò Christiani tenentur hoc præcepto, sed quævis gentes, quacunque lege aut secta viuant. ¶ Et secundò probatur. Ad eleemosynas corporales omnes in vniuersum mortales lege naturæ sunt astricti: ergo ad spirituales: quælis est fraterna correptio. ¶ Et tertio probatur. Quemadmodum in corpore duplex est habitudo, scilicet capitis ad membra & membrorum ad inicem: & in exercitu alia est habitudo ducis ad milites, cui ex officio incumbit exercitum gubernare: alia verò singulorū ad singulos milites qui sese mutuo protegere tenetur: ita in humana Republica, & in militia spirituali, qualis est vita hominis super terram, præter curam quæ prælati ex officio & ex iustitia incubit, est mutua necessitudo &

2. Cōclu. charitas inter ciues vt se inuicem ope & confilio iuuent. ¶ Secunda conclusio. Omnes tenentur quoscunq; cuiusvis legis & fortis homines corripere: ita vt Christiani teneantur corripere infideles, & viceversa. Probatur. Nam actus potentiae & virtutis extenditur ad omnia quæ continentur sub subiecto illius potentiae aut virtutis: vt visio extenditur ad omnes colores: sed charitas extenditur in vniuersum ad omnes homines: ergo præcepto correptionis (quod est charitatis) cuncti tenetur quoscunque alios corripere. ¶ Et confirmatur ex verbis Evangelij: Si peccauerit in te frater: omnes enim mortales ratione creationis censentur fratres, secundum illud Matthæ. 23. Vnus est Magister vester, omnes autem vos fratres: quare, non modò Christiani dicuntur fratres, qui lauacro regenerationis in filios Dei adoptantur: vt ait Chrysostomus super epistolam ad Hebræ. & refertur. II. quæst. 3. capit. Ad mensam: sed & infideles sunt proximi nostri, vt est glossa capit. Charitas. Secundo.

3. Cōclu. De poeni. d. secunda. ¶ Tertia conclusio. Prælati arctius tenentur præcepto correptionis, q; priuati homines. Itaq; præter præceptum iustitiae quo peculiariter prælati tenentur correptione judiciali arcere subditos à peccatis, præcepto charitatis magisternentur, quam priuati homines. Quæ sententia est sancti Thomæ. 2.2. quæstione trigesima tertia, articulo tertio: secundum Augustinum primo De ciuitate Dei. capite nono.

Conclusio

Q V A E S T I O III.

Foſ.30.

Cōclusio hæc, vt reor, satis cōprobatur rationibus & testimonijs, quæ in primo argumēto principali adducta sunt: nā vbi cūq; sacræ paginæ mentio incidit huius præcepti, prælati peculiari ter designātur. ¶ Et secundò probatur ratione. Nā prælatus, eo quod est persona publica, & est custos iustitiæ: vt dicit Aristoteles quinto Ethici. & exemplar populi, ad omnia opera præceptorū, cu iuscunq; sint virtutis, arctius tenet ratiōe status, quā populus. ¶ Et tertio probatur. Prælatus (vt inquit illic Aristoteles) tenetur, pprio officio bonos facere ciues: ergo arctius tenetur quoscunq; præcepto quod institutū est ad correctionē & emendationem ciuiū: sed præceptū correptionis fraternalis ad hunc finē ordinatur: ergo strictius ligat prælatos, quā plebē. ¶ Et quartò id confirmatur. Prælatus tenetur magis diligere filios, quā priuati homines alios fratres: vnde Christus Io. 21. non commisit Petro gregē suū, antequā tertio ipsum interrogaret, an se plus alijs diligenter: ergo ad opera charitatis, qualis est correptio, maior in vinculo tenet erga filios, quā fratres erga se inuicem. ¶ Quod postremò cōfirmatur. Nā quēadmodum quisq; eleemosynas corporales potius tenetur filiis & domesticis elargiri quam extraneis: ita prælatus qui est pater spiritualis tenetur spirituales eleemosynas filiis impendere, magis, quā priuatus homo alijs fratribus. ¶ Sed dubium est circa hāc conclusionē, an aliquid teneatur facere prælati præcepto correptionis fraternalis, amplius quā priuatus homo. ¶ Dominus Caietanus. 22. q. 33. ar. 2. quanq; concedat conclusionē hāc, negat tamē prælatum teneri præcepto correptionis fraternalis inquirere peccatores, magis q; vñus de plebe: Quia hoc (inquit) esset obligare prælatū nouo præcepto charitatis: cùm tamen præter præceptum iustitiae quo teneatur corrigere tanquā iudex, nō habeat particulare præceptum correptionis fraternalis, nisi quod habet priuatus homo. ¶ Nihilominus (vt arbitror) prælatus præter præceptū iustitiae quo tenetur inquirere tanquā iudex diffamatos de crimine, vt dicimus inferius, teneat p̄cepto fraternalis correptionis oculatus vigilare super gregē, quā vñus de plebe, & accuratius inquirere criminis: non quidem ordine judiciali, vbi nō præcessit infamia: sed tamē tenetur esse magis attentus vt coniecturis possit rimari crimina subditorum, vt fraternaliter corripiat. Et primò credo.

M E M B R I S E C V N D I .

credo esse sententiā. S. Thomae contra dominum Caietanum, in illo loco quem ipse exponit: puta, in solutiōe ad. 4. ait em̄. S. Thomas q̄ illud quod debe ē alicui determinatē personē, oportet q̄ ei expendamus, nō expectantes q̄ nobis occurrat, sed de bitā solicitudinē habentes vt eū inquiram⁹: vnde, sicut ille qui debet pecuniā, debet creditorē regrere, cū tēpus fuerit: ita qui habet spiritualē curam alicuius, debet eum quārere, ad hoc vt eū corrigat de peccato: & manifestum est q̄ nō loquitur de correptione iudiciali, sed de fraterna: vnde subiungit, priuatos homines nō obligari ad inquirēdū corrigēda crimina: qb⁹ ait August. De verbis domini. Admonēris corripere, nō quārēdo qđ reprehēdas, sed videndo quid corrigas. ¶ Sed probatur adhuc responsio nostra. Nam quanq; nō teneatur prælatus nouo præcepto correptiōis fraternæ, tamen illo cōmuni præcepto tene tur arctius: ob idq; ratiōe illius teneſſ facere aliquid quod non tenētur singuli de plebe. ¶ Et confirmatur hoc maximē. Prælati præcepto correptionis fraternæ tenentur quandoq; expōnere vitā vt corripiāt subditos, quādo frater non tenetur vitā expōnere pro fratre, vt diximus quēſtione proxima: ergo paratione tenentur taliter inquirere crimina, qualiter nō tenetur frater vt corrigat crimina fratris. ¶ Et tertio confirmatur. Quia propterea apud Ezechielem prælati dicūtūr speculatorēs, quibus officium est vigilare super gregem: quia nō solum tenētur præcepto iustitiæ inquirere crimina vt iudicaliter puniantur, propter bonum commune, sed certe quia tenētur habere curā particulariter singularum personarum, propter bonū priuatū cuiuscūq;: & præfertim ecclesiastici prælati, quibus cura & solitudo incumbit, nō solum peccata punire quæ in forum publicē deferuntur, sed occultē etiam peccata fraternaliter emendare, atq; adeo purgare corda & mentes subditorum. Quare non satis est ecclesiastico prælato forū habere causarū vt pretores habent: at maior eorū cura circa doctrinam & fraternā correptionem quæ à charitate procedit, effet collocanda. Sed absit vt os ponamus in cœlum. ¶ Sed dubium est secundum circa hanc tertiam cōclusionem, vtrū patres familiās teneantur maiori vinculo corripere filios & domesticos, q̄ extraneos.

4. con-
cclusio. ¶ Respōdetur quarta conclusione. Quicunq; tenetur corripe-

re

Q V A E S T I O III.

Foſ. 31.

re domesticos potius q̄ extraneos. Cōclusio est Augustini, quę habetur cap. Duo ista. 23. q. 4. vbi ponit septem cōditiones personarum, quibus ab officio incūbit correptio: vt episcopus debet corriger plebem: pater familiās domū: maritus vxorem: prætor prouinciā: rex regnum &c. & loquitur de coreptiōe fraterna: nam pater familiās nō potest corripere familiā, nec vxorem, nec filios, correptione iudiciali & coērciuā: quia non potest infligere poenas legis: quare non tenetur arcere seruū à cōcubina expellendo eū domo: nisi forsan propter scandalū: nec tenetur compellere familiā ad ieunia ecclesiā: sed solū tene tur fraternaliter corripere, maiori tamen diligētia, q̄ extraneos. Imò verò non tam strictè tenetur ad correptionem fraternam filiorum aut domesticorum, quā prælatus respectu subditorū: nam quanquā pater, quātū ad vitā corporalē, tenetur magis diligere filios, quā prælatus subditos: tamē quantū ad vitam spiritualē, pater spūalis plus astringitur diligere subditos & vigiliantiū illis prospicere, quā pater tēporalis filiis suis. ¶ Quinta 5. Cō-
cclusio. Subditi strictius obligātur corripere prælatos, quam clusio. alios fratres aut priuatos hoīes. Quòd teneātur subditi ad correptionem prælatorum manifestē sequitur ex conclusione prima. Duplicem enim correptionem adnotauimus: aliā de iustitia coērciuā, qua subditi in prælatos vti non possunt: aliā fraternā, quæ à charitate dimānat: & manifestum est subditos tene ri ad charitatem prælatorū: vnde Gregorius in epistola ad con cilium Nicha cium, quæ refertur. 2. q. 7. cap. sicut. secūdo. Sicut (inquit) laudabile discretumq; est, reuerētiam & honorem exhibere prioribus, ita rectitudinis & dei timoris est si qua in eis sunt quæ indigent correptione nulla dissimulatione postpone re: nè totum (quod absit) corpus morbus inuadat, si lāguor nō fuerit curatus in capite. Sed q̄ arctius teneantur prælatos corripere, quā alios quoscunq; etiā quā patres tēporales, ex vltimis verbis recitatis sumitur primum arguētum. Nam accuratiū tenentur occurtere malo cōmuni, quā priuato: sed peccata prælatorum vergunt in perniciem publicā: vnde idem Gregorius, vt habetur. xj. q. 3. ca. Præcipue: Scire prælati debet q̄ si peruerfa vnq̄ perpetrāt, tot mortib⁹ digni sunt, quot ad subditos suos perditiois exempla transmittūt: ergo subditi accuratiū ob-

E stringuntur

Stringuntur prælatos corripere, q̄ quo suis alios. ¶ Et secundò, quia subditi prop̄s̄ius tenent diligere prælatos quātū ad spiritu tualia, q̄ quo scunq; alios, etiā q̄ patres naturales. Nā sicut in corporalibus post amorē patrū in filios, secundū locū tenet amor filiorū in patres, ita in spiritualibus: sed præceptū correptionis fraternæ est præceptū charitatis, ergo pressiūs obligat subditos respectu prælatorū, q̄ respectu aliorū fratrum. ¶ Et tertio quia prælati plūs indigēt correptione, q̄ priuati homines: vnde Aug. in regula: Non solū vestri, sed etiā ipsius (scilicet prælati) misere mini, qui, quāto in loco superiori, tāto in periculo maiori versatur. ¶ Quartò id cōprobat: Quia inde grauiūs indigēt prælati correptione, q̄ rarissimi sunt q̄ prælatos & maiores corripiāt. Nā alij verecūdia, alij timore: alij ambitiōe gratiæ comparandæ apud prælatos, à correptione erga platos p̄hibentur: q̄ iniquissima cōditio & fors infelicitissima est platorū & principū, atq; adeò, quāto in sublimiori gradu sunt, tāto sunt hoc beneficio peiūs priuati. ¶ At verò quia iustē quod iustū est exequi debemus, vt est Deut. 16. plures sunt obseruādæ circūstatiæ in correptione platorū, q̄ priuatorū hominū. Primò vt summa ratio habeat famē & pudoris eorū: nēpe vt de occultis criminib⁹ occul tissimè corripiant. Nā, vt inqt Anacletus, sentētia Chā filij Noe dānan̄ qui suorū doctorū vel præpositorū culpam produnt: ceu Cham, qui pudenda patris nō operuit, sed irridenda monstrauit. 2. q. 7. Secundò, vt non quicunq; de plebe pr̄sumat pr̄ latum corripere, sed ille qui sit & spectatæ virtutis & prudētiæ. Nam si homo de plebe & peccator tentaret corripere prælatū, ille esset vt bestia quæ tangit montem, & vt Oza qui non erat dignus tenere arcām. Vnde Gregorius in Pastoralī. Sanctorū vitam corrigere non pr̄sumat, nisi qui de se meliora sentit. ¶ Quòd si arguas contrā, quod asina reprehendit Balaā: Respō detur inde solum sumi exemplum, vt quiuis in causa propria, cùm iniustē vexatur à prælato, possit interrogare causam vt se compurget: sicut dixit asina: Cur percutis me, etiam iam tertio: nonne animal tuū sum. &c. Tertio, qui corripit prælatū, maximè episcopū, aut principē, debet id facere cum reuerentia non increpādo, sed admonendo, vt dicit Paulus: hoc est explicando grauitatē flagitorum quæ augentur ex dignitate personæ: &

de

detrimentū subditorū quod patiunt̄ ex malo exemplo superioris. Vnde Diony. in ep̄la ad Demophilū, eum reprehendit q̄ sacerdotē irreuerenter correxerat. ¶ Quòd si peccata platorū fuerint in p̄niciē reipublice: tūc publicē fas est illos reprehēdere: primū si sit crimen hæresis, nec Papæ ipsi in hoc parcendum est, vt habetur ca. Si Papa. 40. d. Vnde Paulus Petro in faciem restitit, Gala. 2. quia scandalum dabat Gentilibus in fide. ¶ Quòd si quis arguat q̄ adhuc in materia fidei & scādali nō licet publicē subditis, reprehēdere platorū, ex glossā Hiero. illic: Paulus Petru reprehēdit: q̄ nō auderet, nisi se nō imparem sciret. ¶ Respōdetur q̄ oīs fidelis: quātūcunq; minim⁹ censem̄ par cui-cūq; quātuncūq; maximo in materia fidei, vt possit & debeat ipsum reprehēdere & denunciare. Tāta est. n. labes illius criminis, q̄ ad eius accusationē & serui aduersus dñm, & quilibet criminosi & infames aduersus quēlibet admittantur, cap. Pr̄fūmūt. 2. q. 7. Nec solū in materia fidei, sed q̄n peccata platorū sunt scādalosa, licet eos reprehēdere publicē: vt habeat in cap. Paulus dicit. eadē causa & q. Imò Petr⁹ nō admiserat peccatum hæresis, sed quia scādalū dabat, nec adeò graue vt esset mortale, reprehensus est. Vnde August. illic. Petrus exemplū maiori bus præbuit, vt sicubi rectum tramitē reliquissent, nō dēsignarentur à posterioribus corrigi. Quin imò Christus ipse magister summus qui peccatum non fecit, voluit legi correptionis se subijcere, vbi ait: Si malē locut⁹ sum testimoniū perhibe de malo. ¶ At verò inter priuatas personas magis tenemur corripere eos qui in vita spūali cōiunctiores sunt nobis, quām alios: vt religiosi maiorē diligētiā adhibēre tenent̄ corripiēdis fratribus spūalib⁹, q̄ fratrib⁹ naturalib⁹. Atqui inæquali necessitate strictiūs obligamur meliorib⁹, q̄ peiorib⁹: vt si homo aliās probus incipit labari, maiori cura tenemur eū seruare, q̄ perditum hominē. Nā ex genere obiecti prop̄s̄ius tenemus diligere meliores: sed quia peiores plurimū graui⁹ indigēt correptione, ex hac parte augetur quandoq; obligatio respectu illorū. ¶ Sexta 6. Cōclu. conclusio. Peccatores cuiuscunq; generis sint, tenentur præcepto correptionis: atq; adeò, cùm sunt in peccato possunt corrīpere. Prima pars p̄ba. Præceptū charitatis oīs in vniuersum obligat: ergo peccatores ratione peccati nō liberant illo præ-

E 2 pto:

to:aliâs cōmodū reportarēt à peccato. ¶ Secūda pars pbaſ. Duplex est correptio, vt dictū est. s. iudicialis & fr̄na : & a judiciali correptiōe multi repellunt rōne peccati: vt lege caueſ. 3. q. 4. p totā, & alibi ſæpe in iure, vt videbim⁹ in De accus. Infarnes. n. & publici peccatores, & excōicati accusare nō possunt, nec ius dicere: & hoc, quia ad publicum iudiciū requiritur aſtimatio & opinio probitatis, & iudicis, & accusatoris, & testiū, vt fidem faciant: sed tamē à correptione fraterna nullus repellitur: quia de necessitate & natura correptiōis ſolūm eſt doccre & persuadēre veritatem: quod quicūq; mentis & rationis cōpos facere potest: & cùm peccatū rationis vſum non tollat, fit vt peccatores non ſint prorsus inhabiles correptioni. ¶ At verò peccatum multis modis extenuat & impedit efficaciam correptionis. Primo ex parte corripiens, quem indignum reddit vt alium corrigat: maximē ſi corripiēs maioribus criminibus fit obnoxius. Vnde Hieronymus ſup illud Matt. 7. Quid vides festucā &c. De his (inquit) loquitur, qui, cùm mortali crime detineantur obnoxij, minora peccata fratribus non cōcedunt. Et ſecundō, ratione conditionis peccati: vt puta, ſi publicus peccator publicè corripit alios: tunc enim nō ſolūm correptio nihil prodeſt, imò nocet ratione ſcandali: nam ille non præſumitur corrigere ex charitate, cùm ſeipſum priùs non corrigat, ſed vt per bonā doctrinam propria cælet flagitia, vt inquit Chrysost. ſuper eiusdem verbis Matt. 7. Et tertio ratione periculi. Nā peccator qui aliena peccata obiurgat, inde ſuperbia effertur, q̄ pxi misereſe indignē prafert. Vnde Auguſtinus lib. De ſer. Dom. in monte. Accuſare vitia officium eſt bonorum & beneuolorū: quod cū malii faciunt, alienas partes agunt. Et de peccatore publicè prædicante intelligitur illud Psal. Quare tu enarras &c. vbi glosſa, Quare cōmuni ſermonē ad populū profers aliquid de mea maiestate? ¶ Sed eſt dubium vtrūm peccatoribus peccatum fit corripere. Arguitur enim pars affirmativa: quia correptio eſt op̄ charitatis: peccator autem non eſt in charitate, ergo ſi corripit, nunq̄ corripit ex charitate. ¶ Respōdetur quod quicunq; peccator pōt ſine peccato corripere: imò meritoriē: ſi modo correptio, fuerit circuſpecta: primō nē publicus peccator publicè corripiat: nam illud eſſet peccatū ratione ſcādali: deinde vt peccator

cator corripiat, non increpando & ſuperbē accuſando, ſed aut gemēdo proprium peccatum, aut repræhendendo ſe ſimul cū alio. Iſto modo & vſurarius & meretrices & perditissimi homines poſſunt alios ſuæ farinæ corripere. Vnde Augu. in lib. De ſer. Dom. in monte, loco citato. Cogitemus (inquit) cum aliquem repræhendere nos neceſtas cogit: vtrum tale fit vitium quod nunquā habuimus, & tūc cogitemus nos homines eſſe, & habere potuſſe. vel tale quod aliquando habuimus, & iā nō habemus: & tunc tangat memoriam communis fragilitas, vt illam correctionem, non odium ſed misericordia præcedat. Si autem inuenerimus nos in eodem vitio eſſe non obiurgeamus, ſed congeſſcamus: vt non aliud ſolum ad poenitendum, ſed ad æqualiter conandū inuitemus. Hæc Auguſtin⁹. Adde q̄ nō ſolum peccatori meritum eſt aliū corripere, ſed certe meritum peculiariter accommodum ad obtinēdam remiſſiōē proprij peccati. Nam opera misericordiæ peculiariter conducent ad remiſſionem peccatorum: ſecundum illud Danielis. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Sed maximē ad id confert remittere aliena peccata: ſecundum illud Matth. 6. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtriſ. Cui proximum eſt corripere fratrem. ¶ Vnde ad argumentum modo factum reſpondetur, q̄ quāquā correctio nō procedat ex habitu charitatis infuso, ſufficit tamen ad implendum præceptum quātū ad ſubſtātiā, atq; adeò, vt inter alios bonos mores fit laudabilis, q̄ procedat ex naturali charitate. ¶ Sed tandem adnotauerim, q̄ ſi eſſet quiſpiā tā perditus & infamis homo, vt correptio ſua prorsus reddereſ inutilis, tunc non teneretur præcepto correptionis: nam ad opus vanū obligatur nemo. Quod ſi cōtra arguas, q̄ tunc peccator tenereſ resipiscere, vt poſſit corripere (quod inſinuat Ricar. 4. d. 19. artic. 2. q. 2. ad. 1. & Palu. q. 3) aliâs peccatum eſſet ei cōmodum, cum eum excuſaret à præcepto. Reſpōdetur, q̄ nemo obligatur ad opera misericordiæ, niſi quando habet facultatem exhibendi. Vnde ſicut non tenetur quiſ recuperare perditam pecuniam ad ſubueniendum pauperibus, quāuis poſſet, niſi forte in extrema neceſſitate, nec tenetur procurare ſcientiam, que requiritur ad corripiendū: ita nec tenetur resipiscere à peccato, ea ratione vt adimplat præceptū

correptionis. Nec propterea est cuipia commodum peccatum nā cuicunq; salubrius esset agere in gratia, q̄ excusari ab aliqua lege Dei. At verò plati quia ratione officij semper tenent ad correptionem, re vera obligātur tales esse, vt suo exemplo & correptione prodesse possint: q̄re si sunt publici pētōres, tenent aut abire officio, aut taliter corrigi, vt frugi esse possint subditis. **CAD PRIMVM** argumentū responsum est in tertia conclusione. Probant enim illa testimonia prælatos arctius teneri præcepto correptiōis, quā priuatos homines: non tamen excipiunt quenquā ab illo præcepto. Vnde Augusti. i. De ciuitate Dei. capi. 9. Ad hoc populorum præpositi constituti sunt in ecclesijs, vt non parcant obiurgando peccata. Nec ideo tamen ab huiuscmodi culpa penitus alienus est, qui licet præpositus non sit, in eis tamē quibus vitæ huius necessitate coniungitur, multa monenda, vel arguenda nouit, & negligit. **CAD SECUNDUM** respondetur, argumentum nō probare, q̄ non liceat oēs peccatores corripere, sed q̄ non semper oporteat usque ad denunciationem procedere, quando illi qui corrigitur non habent superiores prælatos quibus conuincatur. Vnde, quando Papa secreta admonitione non emendatur, illic sistendū est, ni si sit in crimen hæresis: quia Papa nō potest denūciari nisi quādo pōt accusari, vt notat glossa capi. Si papa. 40. d. Item in correptione infidelium, si corripiantur de criminibus contra legē suam, denūciandi sunt præpositis suis: si modo apud illos notitia fuerit fraternalē correptionis. Et hoc est quod dicit Paulus: Quid mihi de his qui foris sunt iudicare? Id est: Nos nō possumus eos in iudicio compellere: nisi, aut nobis infesti essent, aut nostra detinerēt, aut essent fidei cōtumeliosi: at de infidelitate admonere illos licet, & increpare, & ad fidem pro viribus appellere: vt notatur capitulo Infidelis. 23. quæst. 4. Sed tñ denunciare illos vanum esset, postquā cōpellī iuridice nō possunt ad fidem. Et eadē ratione meretrices & usurarios publicos sanctissimum est corripere: imò præceptum, si sit spes emendare. Sed verba Augustini hoc solum sonant, vt principes impunē permittant meretrices, ad uitandum maiora mala. Cum hæreticis vero, post secundam monitionem non licet disputare, nec conuersari, ubi fuerit periculum ne nos peruerterāt. Qui tamen certo

certò speraret hæreticum lucrari, posset & deberet ipsum corrīdere. Sed cum excommunicatis, quanquam nō licet cibum sumere, licet tamen correptionis gratia conuersari. Vnde idem Apostolus qui Corinthijs interdixerat cum excommunicatis cibum sumere, admonet Thessalonicenses: Si quis non obedit verbo nostro, hunc notate, & nē comiſſe amini cum illo, vt confundatur: & nolite quasi inimicum existimare, sed corripere vt fratrein. **CAD TERTIUM** argumentum latè responsum est in quinta conclusione. Non enim argumentum probat, quòd nō debeant subditi corripere prælatos, sed quòd debeant id reue-renter præstare. **CAD QUARTUM** responsum est ad quartum in sexta conclusione. Sed ad illud De pœnitent. d. 6. Potentissimum est crimen sacerdotum &c. respondetur, illud intelligi de sacerdotibus ministrantibus sacramenta, in mortali: quod est mortale, nisi forsitan quādo ministratur baptismus in extrema necessitate, citra solennitatem.

QUARTA QVÆSTIO.



TRIVM ordo euangelicus fraterne correptionis cadat sub præcepto. **CAD** partem negatiuam arguitur, quòd nō sit necessariò à secreta monitione inchoandum. Deus, cuius nos vult Paulus imitatores esse, Ephe. quinto. occulitos peccatores nonnunquam publicè absque prævia monitione castigat: vnde Apostolus. i. Corinthio. ii. dicit propter occulta peccata, & maximè indignè sumentium Eucharistiā infirmos esse multos & dormire multos. Et sancti ex quorum gestis coniūcere oportet, qualiter sunt præcepta scripturæ sacræ intelligēda, vt inquit August. lib. coñ. mend. s̄æpe leguntur publicè denunciasse, quos antea secretò non admonuerāt: vt Ioseph. Gene. 37. legitur accusasse fratres suos apud patrem de crimen pessimo: & Petrus Actuū. 5. refertur, publicè reprehendisse Ananiam & Saphiram, qui occultè defraudauerāt de precio agri: in quibus locis nulla fit mētio de secreta monitione: & Leui. 5. p̄cipitur vt qui audierit vocem falsō iuratis statim indicet

indicet crimē: vbi nec cōmemorāt, vt fiat aliqua monitio. Neq; Augustinus. 22. quæst. 5. capi. Hoc videtur, exponens illud præceptū, meminit de aliqua monitione: sed dicit indicādū esse occultū crimē illis, qui possunt prodefesse, & nō obesse: ergo nulla est necessaria secreta monitio, ante denunciationem fraternā. ¶ Et confirmatur argumentum vsu religiosorū, qui est, vt fratres proclamētur in capitulo, quamvis nō fuerint secretō præmoniti. Et secundō confirmatur. Grauior est accusatio qua publica petitur punitio, q̄ denunciatio, qua sola intenditur emendatio fratri: & ante accusationem nulla est necessaria admonitio, sed sola inscriptio causæ: vt habeat cap. Supbis, & cap. Qualiter & quādo. el segundo. De accus. ergo nec denunciationem fraternam necessum est, vt admonitio præcedat. ¶ Secundō arguitur, q̄ non oporteat post admonitionem testes, ante denunciationem adiberti. Aut enim peccatum est publicum: & tunc, vt dictum est, publicè arguendū est: nam quæ manifesta sunt, iudicarium ordinem non requirunt. 2. q. 1. capi. Prohibentur. Aut est secretum, quod tamen probari potest: & tunc non videtur opus esse nouis testibus: quia potest probari. At si peccatum est simpliciter secretum: tunc, vel adducendi sunt testes ad probandum crimen præteritum: & hoc esset vanū, postq; probari non potest: vel ad obseruandū & capiendū peccatorem si reciderit in futurū: & hoc apparet non esse licitum: quia, vt dicit Augustinus De verbis Domini, non debem⁹ esse exploratores vitae aliorū: ergo nullatenus, dum crimen est omnino secretum, ius est adhibere testes. ¶ Tertiō & principaliter arguitur. Augustin⁹ in regula admonet vt prius præposito crimen ostendatur, q̄ testibus: ergo inductio testium non debet antecedere denunciationem, sed vice versa. ¶ Quartō & postremō hæc omnia confirmātur. Obedientia quæ debetur prælato præstantior est, quām iustitia quæ debetur priuatis hominib⁹: sed quādoq; prælatus interrogat subditum iureiurando occultum crimen fratri, ante admonitionem & inductionem testium: ergo tunc tenetur, prætermisso ordine euangelico, veritatem patet cere. ¶ In contrarium est præceptum euangelicum, quo, vt suprà adnotauimus, explicatur ordo iuris naturalis in correptione fraterna obseruandus.

Quæstio



Væstio hæc de ordine fraternæ correptionis præcipua est huius materiæ: vt pote, quo seruādo aut anteuerendo, ius & iniuria secreti tegēdi & detegēdi cōsistat. Atq; ordo correptionis, vt verba sonāt euāgeliæ, trib⁹ mēbris cōstat: q̄ sunt secreta admonitio, testiū inductio & fīna demū denunciatione: nā inobediētis excōicatio ad iudiciale spectat correctionē. Et vt de singulis p̄spicuè dicam⁹, respondeat ad q̄stionē octo cōclusionib⁹. At, illi⁹ in primis meminisse op⁹ est, qd' supra statuimus fundamētum: videlicet, correptionis fraternæ eū esse finē, vt frater corrigatur & emendetur, sed accusationis & inquisitionis finis est vt puniat. Quare de criminē fīris distinguendū est. Aut. n. publicum est, aut secretum. ¶ Si primū, tunc est prima conclusio. Peccatū publicū non in secreto corripiendū est, sed publicè arguendū. Nā finis tunc non est sola emendatio fratri, sed quo illi, quib⁹ scandalū datū est & occasio peccādi, exē plū capiant, & terrore arceantur. De quo peccatorū genere inquit Paul⁹. i. Tim. 5. Peccātes corā omnib⁹ argue, vt & cæteri timorē habeāt: & De pœ. & remi. ca. i. Manifesta peccata nō sunt occulta correctione purgāda: & 2. q. 1. cap. Si peccauerit: Corripienda ipsa sunt corā omnib⁹, q̄ peccantur corā omnibus: ipsa verò corripienda sunt secretiūs, q̄ peccātur secretiūs. Distingue tēpora, & cōcordabis scripturas. s. illā: Si peccauerit in te, corripe inter te & ipsum: & illā: peccātē corā oīb⁹ argue. ¶ Sed conclusio primū intelligitur de peccato publico, quod est notoriū notorietate facti: qd' videlicet nulla tergiuersatione celari pot: nā alia, etiā si probabilia sint & infamia laborēt, non sunt conti nuō publicè corripiēda. Atqui secundō intelligit, non solū de peccatis q̄ sunt in præiudiciū Reipublicæ, aut tertiae personæ, sed de quibuscunq; quomodocunq; scandalosis. ¶ At percōta tur quispiā, an ad publicā correctionem soli prælati teneantur: nā postq; eiusmodi correctio nō fiat gratia fratri emendandi, nō est fraterna, atq; adeo, nec obligare videtur priuatos homines. Respondetur, priuatos etiam homines teneri publicè reprehendere fratrem, in conspectu populi delinquentem: quoniam præcepto charitatis non solū tenemur corripere fratrem,

sed

1. Cōclu.

sed succurrere scando lo aliorū. Hoc veruntamē differt, q̄ prælati tenētur præcepto iustitiae publicè corripere: priuati verò solum præcepto charitatis. Quocircà hi nō tenentur ad publicā correctionē, nisi sicut ad alia opera charitatis: vt pote quando id possunt sine notabili detrimēto præstare. Qui enim timeret honori aut vitæ suæ, si corriperet quempiam publicè, tunc non astringitur: nisi forsū dum peccatum grauter læderet honorem Dei. Si em̄ sacrilegus homo impiè blasphemaret nomen Dei, vnde offendiculū præsentibus obijceret contemnendi diuinum nomen, obligatus esset quicunque blasphemiam retundere. Et ille est casus quo obligat præceptū dilectionis Dei, & quādoq; cū periculo vitæ. ¶ Sed quis tenetur quisq; notorium peccatū scādalosum statim in facie reprehendere, non tñ obligamur statim denunciare iudici, quādo non vergit in perniciē publicam: quia multa licet quæ non expediunt. a. Cor. 6. & 10. Quare peccata priuata corripiēda sunt eo modo, qui melius cōducit ad emendationē fratrīs. ¶ Si verò peccatum sit secretum, tunc subdistinguendū est. Aut. n. vergit in perniciē publicam, in documentū ve pximi. Et de hoc est secunda cōclusio. Peccata pernicioſa Reipublice aut pximo, statim denūciāda sunt. Probatur, quia si sunt contra bonū publicū, illud præferendū est particulari, qualis est fama delinquētis. Et quanq; nō sint nisi contra priuatā personā, melior est in hoc conditio iniuriā patientis q̄ inferentis: atq; adeò potius debemus consulere illi, denunciādo, q̄ huic, tacendo. Moderantur tñ doctores conclusio nē hoc modo. Nisi fortè quis firmiter æstimaret, q̄ statim per secretā admonitionem posset hīmōi mala impedire, verba sunt S. Tho. 2.2. q. 37. ar. 7. cui subscribūt doctores theologi. 4. d. 19. et iurisconsulti sup ca. Nouit. De iud. & sup cap. Si peccauerit. 2. q.

1. Nos tñ perspicaciter censemus audiendam esse hanc moderationē. Nā quando peccata sunt in perniciē publicā: vt proditionis, aut crimen læsæ maiestatis, aut hæresis, quā rarissimē vsu venire potest, vt priuat̄ homo posset abūdē succurrere huiusmodi contagionib;. Et ideo dicit S. Tho. Nisi fortè quis firmiter æstimaret &c. Atq; adeò, nō est qui debeat cōfidere soli correptiōi secretę & priuatę, nisi vir fortè magnę authoritatis, & efficacię, cui compertissimū esset, per secretam monitionem posse

posse penitus extinguere id genus flagitia. Quapropter in propagatione, vt plurimum, & hæresi statim procedendū est ad denūciationem. Id vel maximē, si sit hæreticus dogmatizans, quales fere sunt hæretici oēs. De quib⁹ iustissima lex est, vt quā primū absq; aliqua prævia admonitiōe denūcientur. Sed quādo peccatum secretū est in præiudicium tertij priuati hominis, nō imminet tantū periculi si secretē corripiatur: vt cū secretō noui latronē, qui furatus est bona proximi, satis est si dem operā vt se creto restituat: aliās teneor denūciare: modo id possem sine detrimēto meo: quia solum ad id teneor ex præcepto charitatis. Nec vetat q̄ quis iureiurando fidem secreti promiserit, quomodo teneatur huiusmodi crimina manifestare. ¶ Sed quid si secreto scio Petrum insidias parare Paulo, quem certus est occidere, nec cohibere possum? Nam iurisconsultus quidā temporibus nostris Maioricæ, censebat in tali casu denunciandum esse, etiam iudici. ¶ Nihilominus respondeatur, q̄ dum crimen omnino est occultum, ita vt probari non posset, denunciandū est illi, qui solum posset prodesse, & non obesse: secundum Augustinum. 22. quæst. 5. capitulo. Hoc videtur, vt docte respondit tunc dominus Adrian⁹: quia crimen quod probari nō potest, nec per infamiam aut per indicia disquiri, iudici tanquam iudici denunciari non licet. At verò in casu posito quo Petrus parabat insidias Paulo, si nullo alio modo ille qui sciebat, poterat illū amouere ab homicidio, deberet certè denunciare Paulo, vt ipse sibi prouideret: & Paulo licet denūciare hostē iudici, tanquam iudici, vt se protegeret. ¶ Verum est tamen, q̄ in his criminiibus secretis & pernicioſis detegendis cauendum est, vt quā minimo fieri possit, nō documento famæ detegantur, si sunt secretā: vt si dāna publica aut priuata euitari possunt per reuelationem in genere, nō fiat reuelatio in particulari. Et si fieri potest, non est reuelanda persona, si satis est reuelare crimen, aut alia via euitare illud. Sed si nullatenus euitari possunt grauidamna, nisi reueletur persona, reuelanda est, nisi sit secretum sacramenti confessionis. Si tamen crimen probari potest quod est in perniciē publicam, denunciari potest iudicialiter & accusari, vt dicemus quæſtione sequenti. ¶ Sed dubium est, vtrū clericis liceat huiusmodi pernicioſa crimina reuelare, maximē quando

MEMBRI SECUNDI.

quādō est periculum effusionis sanguinis: vt puta si reueletur latro aut proditor aut hæreticus. Et videtur id non esse licitum: nam in cōcilio Toletano. 23. quæst. 8. capi. His à quibus. & capit. Clericus. & capite. Sententiam extra, Nè clericī vel monachi, prohibentur clerici sententiam sanguinis proferre: aut quoquo mō se immiscere iudicio sanguinis. Et quāuis, ca. Prælati. De homicidio libro. 6. fiat illis facultas petendi emendam in sacerdotali iudicio à malefactoribus in causis proprijs, tamen non datur facultas in causis alienis proximorum. ¶ Respondetur cum Caietano. 2. 2. quæstione. 33. articulo. 7. licitum esse hoc clericis, etiam sacerdotibus: non solum quando peccatum est perniciosum Reipublice, sed quando est in detrimentū graue tertiae personæ dummodo id faciat, protestantes, non reuelare huiusmodi criminosos petendo vindictam sanguinis: sed quò euitent dāna. Nā quanquā in dicto capit. Prælati. solum exprimatur facultas defendendi causas proprias, etiam cum periculo sanguinis, tamen iure naturali extēditur illa facultas, etiā ad causas proximorū. Quia licet Ecclesia prohibeat clericis quæ licita essent laicis, vt venationes, tamen nō censetur prohibere illa, ad quæ tenetur iure naturali: & vnicuiq; iure naturali mandatum est de proximo. ¶ At si crimen occultum solū est in malum peccanti, de hoc est tertia conclusio. Crimen secretum quod non est perniciosum nisi peccanti, ante denunciationem & ante testium inductionem, secreta monitione corripiendum est. Probatur conclusio: primo ex verbis Euan gelij Matthæi. 18. Si peccauerit in te frater, corripe eum inter te, & ipsum solum: quæ verba peculiariter intelliguntur de huiusmodi peccatis. Vnde Augustinus loco sape citato sermone. 16. De verbis Domini. qui refertur. 2. quæst. 1. capit. Si peccauerit. Si peccauerit (inquit) in te frater, corripe eum inter te & ipsum solum: Quare? Quia in te peccauit. Quid est: In te peccauit? Tuscis quia peccauit. Quia enim secretū fuit quando in te peccauit, secretum quære cum corrigis quod peccauit in te: nam si solus nosti quia peccauit in te & eum vis coram omnibus arguere, non eris corrector erroris, sed proditor. Quare illa particula: In te: non est exponēda: Si te iniuria affecerit: (quæ est glossa inter lineas) sed itelligēda est, de omni peccato

QVÆSTIO. III.

Fol. 37

peccato quod fit coram te, vt notauimus. quæst. 2. Vnde subiungit Augustinus. Sic agendum est non solum quādō in nos pecatur, sed etiam quando peccatur ab alio, & ab altero nescitur. Nam quodcūq; peccatum fiat coram me, est quodā modo aduersum me: quia mihi est offendiculum: vnde quodā modo iniuria afficiar, q̄ peccator præsentiam meā non veretur. Et forsan iste est sensus illi⁹ glossæ interlinearis: Si te iniuria affecerit. ¶ Et secundò, conclusio probatur ratione. Differt enim correptio fraternalis ab accusatione & inquisitione: quia finis correptionis est emendatio fratris: accusationis verò & inquisitionis, puni tio: ergo correptio eo modo fieri debet qui melius cōducat ad eius emendationem: fama verò plurimū iuuat vt peccator resipiscat: vnde Hieronymus: Seorsum corripiēdus est frater, nè si semel pudorem & verecundiam amiserit, remaneat in peccato: ergo primū omnium tentādum est vt peccata, salua peccatoris fama, corrigan tur. ¶ Et confirmatur exemplo medici corporalis: qui q̄ minimo fieri possit dispendio tenet ægrotō mederi. Vt enim qui sanare posset sine abscissione mēbri, graue inferret iniuriā abscondendo, ita qui fratrem corrigere posset si ne dispendio famæ, quæ pretiosum bonum est, iniustissimus es set diffamādo. Quocirca, De accusa. Qualiter & quando. secundò. habetur. Et si tribus modis possit procedi: per accusationē videlicet, denunciationem & inquisitionem: tamen, vt diligens adhibetur omnibus cautela, nè fortè per breue cōpēdium ad graue dispendium veniatur: sicut accusationem legitima debet præcedere inscriptio, sic & denunciationem charitatiua monitio, & inquisitionē clamosa insinuatio præuenire. Et. 2. q. 7. ca. Accusatio. 1. excōmunicantur qui sacerdotes ante charitatiua monitionem lacerare aut accusare præsumperint. ¶ Sed mouentur circa hanc cōclusionem dubia nōnulla. Primū aduer 1. Dubiū. uersus distinctionem inter peccatū illud quod est in perniciē publicam, & illud quod priuatim cedit in malū peccatoris. Est argumentum: Omnia cuiuscunq; generis peccata videntur offendere bonum publicum: nullum enim est peccatū quod nō sit in scādalum & malum exēplum fratribus: ergo vniuersa debarent statim denūciari. ¶ Multū refert hic scire quæ peccata dicuntur in perniciē publicam: & pro hac materia correptionis,

M E M B R I S E C V N D I.

ptionis, & p materia accusationis & p̄sertim p̄ materia inquisitionis: nam sunt qui putant omnia peccata esse in perniciē publicam. ¶ Respondetur ergo q̄ illa sola peccata censentur in præsentiarum & in sequētibus in perniciem publicam quæ habent pro obiecto proximo bonum publicum: puta quæ ex genere suo contagiosa sunt & contaminant rem publicam: vt hæres & proditores: nā hmōi homines peruertere moliunt̄ populu. Itē ambitio & subornatio suffragiorū in cathedris & in alijs electionib⁹: & in vniuersum qñ qs in aliquo cōuētu aut ciuitate satagit puertere fratres. Hæc enim sunt quæ statim sine admonitione, si sit periculum, sunt denuncianda & accusanda. Item compilatio ærarij publici: crimen læsæ maiestatis. Sed adulterium, homicidium, & simplex furtū, nō sunt propriè in perniciem publicam: quia sunt aduersus priuatas personas, & ideo huiusmodi peccata vocabimus in præjudiciū tertij. Latrones verò publici qui vias publicas obsident, iij cēsentur in rem publicam peccare: nempe quorum animus est quoscūq; de populo occidere & deprædari. Sed fornicatio & gula & similia sunt omnino priuata. Ex quo sequitur ad intelligentiam dicendorū, quod peccatū publicum, vno modo dici vt distinguitur contra secretum, vt suprà diximus: alio modo vt distinguitur contra priuatum: quia scilicet fit in perniciem publicam. ¶ Al-

2. Dubiū. terum dubium est vtrūm secreta admonitio in huiusmodi peccatis priuatis debeat semper necessariò precedere in quocunq; peccato quomodo cunq; occulto, quanquam sit notum pluribus, aut de illo sit infamia. Nam videſ non esse necessaria quando peccatum est pluribus notum, sed tunc licitum esse statim corripere coram alijs qui sciunt crimen, postquam tunc nō violatur fama proximi. ¶ Respondetur quod quamuis peccatum sit plurimis notum, non est statim coram alijs, etiam scientibus, argendum: nam quanquam non lædatur fama, læditur tamen pudor & verecundia proximi, cùm repræhenditur in præsentia plurium. Ob idq; experiendum est prius, an per secretam admonitionem frater corrigatur. Quod ego noto in illis verbis Augustini, secunda quæstio.i.capite. Si peccauerit. Fortè quod scis & ego scio: non tamen, coram, te corripi: quia curare volo, non accusare. Vbi docet quod nec coram il-

lo

Q V A E S T I O I I I I . F o l 38

Io qui scit, corripiendus sit in principio frater. ¶ Tertium dubium est. An quando ego solus noui crimen fratris, liceat ante dubiū. quam illum admoneam id patefacere amico illius qui commodiū quam ego possit eum corripere? Videtur nanque hoc esse licitum postquam confert vt faciliū frater corrigatur. ¶ Respondetur quod nullo modo sine extrema necessitate licet crimen occultum fratris ante admonitionem, quantuncunque cordatisimo & eius amicissimo detegere. Sunt enim qui ignoreranter putant non diffamare fratrem, quando amico illius secretò reuelant occulta eius peccata: cùm tamen optarem ego peccata mea nota esse tribus aut quatuor, quam vni grauissimo & mihi coniunctissimo virō: sanè cuius bonam de me aestimationem pluris facio quām si quatuor alij benē de me opinarentur. Sed quando illi qui scit crimen non pateret accessus ad fratrem qui est in peccato, aut compertissimum illi esset suā admonitionem nihil pro futuram, tunc licitum esset alteri insinuare, qui id utiliter faciat. Atqui, consulerem ego tunc vt prælato primū id tanquam patri insinuaretur, dum tamen ille esset qualem oportet esse prælatum: vt puta, qui prodeſſe possit, non obesse fratri. Nam postquam in correctione fraterna tandem procedendum est usque ad denunciationem quæ sit prælato, optimè consulitur famæ fratris, si, quando est necessariū, soli prælato denuncietur. Et in hoc casu consentirem cum Richardo in.4.d.19.artic.4. quæſtio.i.vbi ait quod ante secretam monitionem potest fieri denunciatio prælato tanquam patri: atq; adeò q̄ prælatus potest ad id cōpellere subditos. Consentirem (in quaī) casu quo subditus certissimus esset nihil profuturam suam admonitionem: aliās profectò iniustitiam faceret, qui ante monitionem denunciaret prælato: nam fama subdit apud prælatum magno æstimanda est: & ideo sine extrema necessitate non est prodigenda. Nec prælatus potest ad id cōpellere imò in visitatione debet monere vt occulta peccata non denuncientur nisi prævia admonitione. Et Augustinus in regula, quāquā dicat, ante inductionem testium denunciandū esse fratrē prælato tanquam patri, nō tamē id permittit ante monitionē. ¶ Quarta cōclusio. Si secreta admonitione corrigitur frater, ita vt nullū sit reliquū recidēdi periculum, illic sistendū est. clusio.

Quapropter

M E M B R I S E C V N D I.

Quapropter cautē legēdus est Richardus in loco modō citato, vbi dicit q̄ quanq̄ frater sit correctus per secretam admonitionem, denunciandus est tamen prēlato, vt obseruet ipsum à reciduo. Intelligitur enim dū correctus adhuc manet in periculo verisimili: alias nullatenū denūciādus est, postq̄ correptor cōsecutus est finem correptionis: quia lucratus est fratrē: iuxta il lud: Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: vbi insinuatur illic esse sistendum. Quare, iniuria est fratrem emēdatum denuncia

*5. conclu
re. 5. conclu
sio.* **¶ Quinta conclusio.** Quando frater secreta monitione non corripitur, tūc adhibendi sunt vñus aut duo testes anteq̄ denū cietur prēlato. Conclusio hæc omnibus concorditer est recep̄tissima: quia est in euāgeliō: nō tamen omnes eodem sensu eā intelligūt: sunt em̄ duæ opiniones, vt meminit. S. Thom. 2.2. q. 33. ar. 8. ad. 1. Dicunt quidam q̄ quando peccatum est occultum in secundo gradu, vt diximus ante primā questionem huius secundi mēbri, vt puta, quando plures sciunt per quos iuridicē probari potest: tūc habet locum ordo euangelicus, & adhibendi sunt testes in correptione, non quidem noui, sed illi quibus alias notū est crimen. Sed quando peccatum est omnino secreteum: vt pote quod solus scit ille qui admonuit, tunc nō sunt adhibēdi testes, nec de illo loquitur euangelium. Quare, siue frater corrigatur secreta admonitione, siue non, illic sistēdum est quoadusq; sint aliqua indicia vel testes per quos conuincatur. Quam opinionē sustinet Durādus. 4. d. 19. q. 4. sed ante tenuit illam Alti. li. 3. tract. 25. c. 2. vnde desumpsit eā Duran. addit tamen q̄ poterit tale peccatū secretū sine testiū inductione reuelari prēlato in secreto tanq̄ patri qui possit prodesse & nō obesse. Subscribūt huic opinioni nōnulli canonistæ. Quæ opinio fundaſ in argumento quod secundo loco posuimus ante questionem: Enim uero, quādo peccatū est omnino secretum, aut adhibēdi sunt noui testis ad probandum præteritū crimen: & illud esset vanū, postquā probari nō potest: aut ad obseruandum peccatorem, si in futurum reciderit: & hoc est iniuriosum: quia (vt dicit Augustinus) non debemus esse exploratores alienę vitæ. Imò tunc (dicit Durandus) magis esset secundum charitatem indicandū illi qui possit impedire, q̄ illi qui possit capere peccatorē in delicto. Nec potest dici (inquit Duran.) adhiben-

dos

Q V A E S T I O I I I I .

Fol. 33

dos esse testes ad probandum, quādo denūcietur, q̄ frater fuit prius admonitus: hoc enim esset sine fructu. Nam quando denunciās nō probat crimē p̄ testes criminis, vanū est probare se admonuisse: q̄a non pōt tūc iudex procedere ad punitionē, vt statim dicturi sumus. ¶ Et secundō arguit Durandus. Quia si, dum crimen est omnino secretum, quis addit testes, exponitur periculo talionis: nā reus potest illum conuenire de infamia: & ideo puniendus est, si non probauerit crimen. ¶ Et vltimō nos arguiimus in gratiā illius opinionis. Nemo habet ius diffamandi proximum ipso inuito, nec propter eius bonū spirituale: sed qui reuelat crimen illis qui non norunt, quodā modo diffamat fratrē: ergo illud nō licet. Probaſ maior. Nullus habet ius nocēdi proximo in bonis temporalibus, propter bonū spirituale: licet enim nulli rapere bona proximi, ne illa alea & scortatiōe dilapidet: sed fama pretiosius bonū est q̄ exterē facultates: ergo nec ius est lēdere famam proximi, quo arceat à peccato. ¶ His verūtamē nō obstātib⁹, opinio est. S. Tho. loco citato, & Ricar. & Palu. in. 4. d. 19. & Gabr. in cano. lec. 74. & Caie. & theologorū quosego viderim, prēter Dur. & Altisliodoresem, q̄ quinta conclusio debet intelligi, etiā de criminē quantuncūq; occulto, & Adri. idē sentit. Et puto, si oculatē res inspiciatur, neutiquā posse recta ratiōe inficiari, quin debeat adhiberi testes noui in crimine occulto, si modo speretur emenda. Et probatur primō ex verbis Euāgelicis: vbi nihil distinguiſ de hoc aut illo peccato, sed in vniuersum præcipitur. Si te non audierit, adhibe vñū aut duos testes: vnde subinde cōsequitur, vt nō solūm quando peccatū est probabile, sed quotiescūq; peccator secreta monitione non corrigitur, sint adhibendi testes. Imò vero expressè loquitur Euāgelium de peccato secreto: nam de eodem peccato de quo dixerat: Si peccauerit in te frater (id est te solo sciēte, vt dicit Augustinus) subiūgit. Si te non audierit, adhibe vnum aut duos testes: ergo dicere q̄ de peccato secreto sit necessaria admonitio, & tñ q̄ non liceat post admonitionē tūc inducere testes, est negare formam Euāgeliij. ¶ Et secundō id probatur: quia verbum ipsum: adhibe: hoc designat quod est: nouos testes adiūge: vt quod tu solus noueras, plures sciāt. Nam revera non dicerētur adhiberi ad cognitionem reilli, qui anteā noue-

F
rant

rant. ¶ Et tertio arguitur. Salus spiritualis proximi multo est præstantius bonum quā fama: ergo quando salus spiritualis recuperari non potest sine detimento famæ non solum licet, sed magnoperè expedit iacturā facere famę proximi, pro eius salute spirituali. Sicut medicus nihil aliud quā operæ pretium facit dum membrum ægroto secat, quo vitam seruet. Eò vel maxime, q̄ qui pertinax est in peccato, ius quodammodo famae perdit, saltē vt testes necessarij adhibeantur. ¶ Et confirmatur hæc ratio. Si quispiam auarissimus mori mallet, quā dispendio paruæ pecuniaæ seruare vitam, possit quicunq; furtim ab illo capere pecuniam, qua vitam eius seruaret: ergo potiori ratione licet famam proximi postponere salutem eius spirituali: quam nobis Christus redemptor noster tantoperè commendatam esse voluit. ¶ Quartò & postremò probatur, q̄ inductio testium in Euangelio præcipiatur, quando peccatum est omnino secretū. Nam ratio illius ordinis procedendi, vt explicat omnes doctores, est vt ab uno extremo in aliud non procedatur, nisi per medium: vt videlicet cognitio paulatim diffundatur ad plures: sed si non liceret adhibere testes, nisi illos qui peccatum nouerāt, tūc vix potest intelligi, quomodo transeat ab uno extremo in aliud per medium: ergo ordo ille intelligi in peccato secreto: vt quod unus solus scit, nō denūciet in publico ecclesię, nisi prius id paucioribus patefaciat. ¶ Et cōfirmatur: quia ille ordo præcipitur iure naturae, vt quām minima fieri potest iactura famae corrigitur frater: vt scilicet prius diffametur apud paucos, q̄ apud multos: si autem non liceret inducere testes, nisi illos qui iam nouerant, nō videtur quomodo diffamatur prius frater apud paucos: quia apud illos qui nouerant, nō diffamatur de novo. Et hæc omnia confirmantur auctoritate Augustini in regula: ubi ait. Si autem post admonitionē iterum, aut alio quoq; die, id ipsum eū facere videritis, iam velut vulneratum sanandum prodat, quicunq; hoc potuerit inuenire: prius autem alteri aut tertio demonstretur, vt duorum vel triumi possit ore conuinci: demonstrare autem sonat reuelare alijs qui nesciebat peccatum proximi: ergo peccatum omnino occultum licet reuelare illis, quibus erat occultum. Sed respōdet Durādus, q̄ Augustinus non intelligit reuelandum esse crimen, sed petulantiam oculorum, quā disponit

disponit ad crimen: de qua præmisserat, vt statim admoneretur frater ne malè cepta progrediantur. Hæc tamen solutio non satisfacit verbis Augustini. Primo, quia Augustinus præsupponit, quod post secundam aut tertiam admonitionē petulantiam oculorum, iam censetur frater vulneratus: id est, peccati reus. Et tunc dicit esse demonstrandum alijs per quos conuincatur, scilicet de peccato. Et secundò id patet, per exēplum quod adducit de vulnere corporali: vt quemadmodum hoc reuelandum est, nè putrefaciat in corpore, ita & illud reuelandum est, nè putrefaciat in anima: dum tamen sit pendens in futurum. Et tertio manifesta est intentio Augustini, in verbis subsequentibus, scilicet, Et hoc quod dixi de oculo non figendo, etiam in ceteris inueniendis, prohibendis, indicandis, iudicandisque peccatis, diligenter & fideliter obseruetur. Ecce non dicit solum in occasionibus peccatorū, sed in ceteris peccatis indicandis obseruetur, vt post admonitionem testib⁹ demonstretur. Non potest ergo dubitari, quin sint adhibendi testes quantuncunque sit secretum crimen, modò sit aliqua spes correctionis & emendationis fratris: vt ait S. Thom. 2.2. q.33. articul. 8.1. & Palu. 4.d.19. quæstio. 4. nam si nulla penitus esset spes, fateor nec esse adhibendos testes, imò nec esse denuncianendum, nec admonendum fratrem, nisi peccatum esset perniciosum Reipublicæ, aut tertiae personæ: vt diximus quæstione secunda. Sed tamen, quanquā frater non emendetur per secretam correctionem, non subinde desperandum est, quò minus emendari possit per testium inductionem: nam adhibitis testibus, aut confundetur frater & emendabitur, aut metuens ne capiat in crimen, cautiùs viuet. Et præterea, miti⁹ fortè tētabit de peccato: nā aduersarius noster diabolus debilius tentat, qñ plures sunt qui fratrē custodian. Verum est tamen, q̄ nō satis est semel admonere secretò anteq; testes adhibeantur: sed secundò aut tertio: vt notatur in verbis Augustini: Iterum vel alio quoque die: non tamen est necesse expectare tempus longissimum, sed ad arbitrium boni yiri admonitio fieri debet, quò ad iam nō sit spes emendæ, nisi per inductionem testium. ¶ Quapropter ad primum argumentum contrariæ opinionis respondeatur, quod quādo peccatum est omnino secretū, testes

F. 2 sunt

MEMBRI SECUNDI.

sunt adhibendi, tribus de causis, ut notat S. Thomas loco citato. ar. 8. ad. 3. argumētū. Primō, si fortè frater dubitat illud quod facit, esse peccatum, ut potest contingere in cōtractibus vſurrum, tunc, ut dicit Hieronymus, adhibendi sunt testes, ut ostendatur illud esse peccatum. Secundō, si sit periculum iterationis peccati, adhibēdi sunt testes qui peccatorem obseruent. Vnde illud Augustini in contrariū, ne simus exploratores vitæ alienæ, intelligitur quādo nullam frater dedit causam, ut eum obseruemus: aliās cūm crimē fratris notum est cuiquam, per cuius monitionē nō emēdatur, ille dat causam vt iustè deinceps obseruetur. Quod Augustinus dicit in regula vt modò dicebam⁹. Tertiō adhibēdi sunt testes, ut dicit Chrysostom⁹, vt dū correptor denūciat prælato crimē, si non potuerit probare crimē, saltem probet se admonuisse illum. Nec illa denunciatio tunc est vana, ut arguit Durandus. Nam, quanq; tunc iudex, ut statim dicimus, non possit iuridicē condemnare, debet tamen reū secretō reprehendere, & admonere se vigilaturum esse deinceps ad capiendum eum in criminē: vt, vel hoc metu, saltē arceatur. ¶ Ad secundū argumētū Durandi, negatur q̄ qui fraternaliter adhibet testes, aut denūciat, periculum subeat talionis. Nā huiusmodi denūciator Euāgelicus non obligatur probare crimen. Et in hoc differt ab accusatore, ut notat egregiè S. Thomas. 2.2. q. 68. ar. 2. ad tertium argumentū: quia denūciator Euāgelicus non petit pœnā denunciati, sicut accusator pœnam accusati. Et ad tertiu, quod nos adiecimus, respondeatur, q̄ nemo habet ius nocēdi alij in bonis tēporalibus propter bonum spirituale, quando de se, & ex natura rei, priuatio bonorū temporalium non est medium ad bonum spirituale. Sicut capere bona proximi non est de se mediū, vt proximus non fornicetur: sed reuelare crimen fratris ad emēdationem illius, est medium ex natura rei ordinatū ad illud: & ideo illud est licitū: sicut inter argendum dicebamus, licēre capere pecuniam proximi ad emēdū medicinam necessariam ei, non obstāte eius auaritia. ¶ Sed notandū est circa hanc conclusionem, q̄ non sunt adhibēdi statim duo testes, sed priūs vn⁹, deinde alter: vt si fortè frater corriga adhibito vno teste, non diffameret apud duos. Et hoc est quod dicit in Euangelio: Adhibe vñ aut duos testes:

id est,

QVAESTIO IIII. Fol. 4r.

id est: priūs vnum, & si non sufficerit, deinde alterum. ¶ Sexta 6. cōclu. conclusio. Si correptio corām testibus fratrem corrigerere non sufficit, denunciandus demū est prælato. In hac conclusione nulla est cōtrouersia: quia expressa est in Euangelio. Sed id solum est adnotādū, ut intelligatur cōclusio, quādo aliqua est spes emendationis, nec timetur maior peruercio fratris. Quod quæstione secunda adnotauimus aduersus Panor. qui capi. Nouit. Deiudi. in ea est opinione, ut non sit cessandum à denunciacione, quamuis timeatur potiū induratio fratris, q̄ speretur emēdatio. Ait enim nihilominus denunciandum esse, vt cæteri metum habeant, nā in Euangelio præcipitur vt habeatur tanquā ethnicus qui nō audit prælatum: & est sermo de illo qui denūciandus est fraternaliter: & 23. q. 4. cap. Est iniusta. habetur, nō esse indulgendum facile peccatori, ne facilitas veniae incentiuū tribuat delinquenti. His tamen non obstatibus dicendum est cū. S. Thom. 2.2. q. 33. ar. 6. q, quia fraternalē correctionis finis est emendatio fratris, omnia disponenda sunt quo utilius ad finē illum cōferant. Ob idq; vbiq; omnino perditur spes emendationis, cessandū est à correctiōe, nisi crimen sit perniciosum reipublicæ, vt dictū est. De quo loquitur Ambr. in dicto capi. Est iniusta. vel loquitur de correptiōe judiciali, quæ procedit ad punitionem. Veruntamen, quamuis frater nec secretō, nec corām fratribus admonitus emendetur, non est continuo desperandum quominus emēdetur per denunciationem. Primō, quia verba prælati plus pōderis habent in correptione: vnde timor augetur subdito, ut caueat in futurum. Et secundō, quia prælatus oculatiūs, vigilabit super fratrem, & instantiūs orabit Deū pro perdita oue. Et ideo Christus in Euāgelio præsupponit q̄ nunquā est desperandū, quousq; frater denūcietur & admoneatur à prælato. ¶ Sed restat nunc tandem videre, quid prælatus facturus sit aduersus subditum denūciatum, an liceat illi pœnas iuris infligere. De hoc fit septima cōclusio: Prælatus 7. cōclu. quando subditus fraternaliter denunciatur, non habet ius plementi statim subditum pœna iuris, quāvis crimē idoneis testibus pbari possit. Probatur. Finis correptionis fraternalē est sola emēdatio fratris: ergo oīa prius tentāda sunt, ut frater sine correptiōe judiciali corrigatur. Quocircā prælatus debet denun-

F 3 ciatum

ciatū subditū admonere priūs secretō, maximē si crimē probari nō potest, qñ videlicet solus denunciās, illud scit. Admonere (inquit) priūs leniter si viderit expedire: deinde minis, admonēdo q̄ explorabit deinceps eius vitā. Et si iudicauerit expedire, poterit admonere corā patribus. Adhibere tñ verbera neutiā licet. Inīo, quanq̄ crimē possit probari testibus, si subditus promittit se corrigere, nō licet ipsum punire. Est tamē differētia q̄ qñ crimen nō potest probari, tūc nec prælatus potest subditū iuridice interrogare: quādo tamē potest probari: tūc potest & ipsum interrogare tanquā pater. Et si subdito cōstat q̄ prælatus habet testes sufficiētes, aut indicia, tenetur cōfiteri crimen tanquā patri: sed nec tūc cōfessum licet pœnis iuris plectere, si proponit se corrigere. Probatur quia in Euāgelo nō præcipitur q̄ habeatur pro ethnico, nisi quādo Ecclesiā nō audierit: ergo: si Ecclesiā audierit, nec est excōmunicandus, nec subinde alia pœna plectendus. Licitū erit tamē huiusmodi cōfessum cædi flagello fraternaliter: non ad punitiōnē præteriti, sed ad terrorē in futurū. Cauēat ergo prælati præcipites esse & imprudentes in processu fraternali: nā quādo crimina non sunt pernicioſa rei publicæ aut contagiosa, aut emendatio nō fuit iudicialis, non sunt iudicialiter punienda. ¶ Sed quid si frater non emendatur? ¶ In hoc casu est octaua conclusio. Si crimen idoneis testibus probari nō potest, nec sit infamia, nec indicia sufficientia ad inquisitionē, tunc prælatus nihil aliud facere pōt, quā orare pro subdito & admonere illū, & expectare dum sint indicia ad inquirendū, aut testes ad conuincendū delictū. Cauēat tamē ne per viam id sacramenti confessionis sacrilegus uestiget. Si verò crimē idoneis testibus probari pōt, tūc, vt reor, distinguendū est: nā si nulla speratur emēda fratri, sed potius maior peruersio timetur, puto cessandū esse, nec procedendum ad punitiōnem, dū modō peccatū solū noceat peccatori. Ita dicit Caie. 2.2. q.33. art. 8. Et credo id verū esse si denūciatio est fraternalis: nā tūc oīa agenda sunt propter solā emendationē fratri. Secus si esset iudicialis. At si speratur emenda fratri, tunc aduersus pertinacem procedendum est via iuris. Et in hoc articulo definit via correptionis fraternē, & incipit via iudicialis: secundum illud: si Ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut ethnicus &

8. cōcluſ. publ
emendatur? ¶ In hoc casu est octaua conclusio. Si crimen idoneis testibus probari nō potest, nec sit infamia, nec indicia sufficientia ad inquisitionē, tunc prælatus nihil aliud facere pōt, quā orare pro subdito & admonere illū, & expectare dum sint indicia ad inquirendū, aut testes ad conuincendū delictū. Cauēat tamē ne per viam id sacramenti confessionis sacrilegus uestiget. Si verò crimē idoneis testibus probari pōt, tūc, vt reor, distinguendū est: nā si nulla speratur emēda fratri, sed potius maior peruersio timetur, puto cessandū esse, nec procedendum ad punitiōnem, dū modō peccatū solū noceat peccatori. Ita dicit Caie. 2.2. q.33. art. 8. Et credo id verū esse si denūciatio est fraternalis: nā tūc oīa agenda sunt propter solā emendationē fratri. Secus si esset iudicialis. At si speratur emenda fratri, tunc aduersus pertinacem procedendum est via iuris. Et in hoc articulo definit via correptionis fraternē, & incipit via iudicialis: secundum illud: si Ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut ethnicus &

publ

publican'. Quare tūc ius est plato in carcerē retrudere subditū ptinacē, & iuridice interrogare sub cēsuris, & quæstione si op̄ fuerit tormentorū: & tandem confessum pœna iuris damnare. ¶ Inno. cap. Nouit. De iudi. in principio ait, q̄ si peccatū est occultū, debet priuatim prosequi mandatū Euāgelicū: & tandem in priuato debet peccator haberi, p ethnico & publicano. Unde nōnulli canonistæ sumperūt occasionē opinādi, q̄ antecō probatū crimen debet quisq; peccatorē in occulto habere pro excommunicato. Nihilomin⁹, quod ad correctionē attinet fraternalis compertissimū est, q̄ frater non potest excommunicari quoadusq; fuerit inobedientis Ecclesiæ, & probatū fuerit iuridice criminis. Nec aliquis tenetur euitare proximū, quoadusq; fuerit excōmunicatus. Et vtrunq; habetur expressē cap. Multi. & cap. Nemo. 2. q. 1. Possunt tamen generaliter excōmunicari occulti peccatores qui damna dederunt: vt habetur cap. Si sacerdos. De officio ord. Et de illis intelligit Inno. q̄ sunt in occulto habendi tanq̄ ethnici: licet iam modo post conciliū Cōstatiente nō teneamur euitare, nisi noīatim excōmunicatos aut manifestos pcussores clericorū. ¶ Sed dubiū egregiū est circa hanc Dabijū. octauā conclusionem. Vtrū quando iam prælatus procedit ad punitiōnē, possit denuncians fungi officio testis. Et videtur id non esse licitū: nam contra ius naturæ est, vt idem sit accusator & testis: sunt n. distinctæ personæ. ¶ Respondeat, probabile esse denunciātē fraternaliter posse esse testem, cum, finito processu fraternali, incipit forū iudiciale. Hoc videor mihi intelligere in verbis illis Euāgelicis: Si te non audierit, adhibe tecum vnum aut duos testes, vt in ore duorum vel triū stet omne verbum: vbi quod dicit: Vt in ore duorum: refertur ad primam partem: Adhibe tecum vnum: & quod addit: Vel trium: referatur: ad illud: Vel duos. Vñ videor mihi rectē colligere, q̄ denūcians cōnumerat alijs testib⁹: vt videlicet cū vno faciat duos, & cū duobus faciat tres. Et hoc habet expressē cap. In omni. De testi. scilicet q̄ dicēs veritatē. i. denūciās, cū vno facit duos testes & cum duob⁹ facit tres, & inducit Papa Euāgelica verba. ¶ Et confirmatur ratione. Nam processus fraternalis & iudicialis sunt diuersi. Quapropter, qui fuit denūcians fraternaliter, non est à iudicali testimonio repellēd⁹. Hoc dixerim, pbabiliter, vt

F 4 ostendā

ostendā saltē in crīmīne prauitatis hæreticæ , nihil fieri contra ius si denunciās recipiatur in testē: quāuis in alijs priuatis delictis nō esset fortē adeò consulendū: quāq̄ etiā tunc fit līcītum. ¶ Vnde ad argumentum cōceditur, quōd accusator & denunciāns iudicāliter, quia petit poenam rei , contra ius naturæ admitteret in testē: & maximē in causa propria. Secūs est de denunciānte fraternaliter, qui solū ex charitate denunciāt: & propter opus charitatis non est arcēndus à testimonio.

¶ A D primum argumentum respondetur , q̄ Deus qui est scrutator cordium, omnia peccata quātuncunq; occulta habet tanq̄ publica: & ideo potest illa punire, sicut iudex human⁹ potest statim punire publica. Et quanq̄ id iustē possit facere, tñ propter suam misericordiā neminem punit, nisi præmonitum interiūs per inspiratiōes. ¶ Et Ioseph forsan admonuerat secrētō frātres: quanq̄, vt textus scripturæ insinuat, crīmen frātrū erat iam cōmune & publicū inter eos: nam pluraliter legitur, q̄ accusauerit frātres suos. Et postremo nō est necesse excusare factum iuuēnis, qui forsan zelo non secundū scientiam accusavit frātres. ¶ Petrus verò reprehēdit Ananiā & Saphiram authoritate Dei, cui⁹ nutu peccatū eorū nouerat: vt dicit S. Tho. q. citata, arti. 7. Expediebat em̄ in primitiua Ecclesia sacrilegia quis occulta publicē punire: saltem ex speciali iussu diuino: vt, vel illa rōne, religionē venerarent. Vnde legiſ, q̄ postq̄ repræhensus Ananias cecidit & expirauit, fact⁹ est timor magn⁹ super oēs qui audierāt. Tametsi (quantū cōijcio) peccatum Ananiæ, vt puta, vēditio agri, nō potuit adeò latitare quin rumor & infamia veniret ad aures Petri, & illo iure interrogaret Ananiam. ¶ Ad illud Leui. 5. qui audierit vocem iurantis falsō, reuelēt, respondeat illud intelligi, seruato ordine correctionis fraternæ. Et idem præsupponit Aug. in dicto cap. Hoc videtur. Et maximē quia p̄cipue intelligi illud de piurio, quod fit in iudicio in p̄e iudiciū tertij: quod reuelandū est illi q̄ possit, p̄dēsse, & nō obesse. ¶ Ad primā confirmationē de ysu religiosorū, respondetur, q̄ de leuib⁹ culpis q̄ nullatenus vergunt in infamiā, yſus est p̄clamare frātres sine p̄euia monitione. Neq; illud est p̄priē denunciare, sed reducere illas leues culpas in memoriā frātris, de quibus præsumiſ, ipſe se accusaret, si haberet in memoria . Sed quando

quādo culpe sunr graues, has non licet proclaimare sine p̄euia monitione. Voco graues, nō solū illas q̄ sunt peccata mortalia, sed q̄ sunt cōtra famā aut honorē proximi. Quare, si q̄s intraret domos suspectas, nō esset illicō proclaimādus sine p̄euia monitione, vt est exēplū in regula Augustini de oculi petulātia. ¶ Ad secūdā confirmationē negatur consequentia. Non. n. necessariō requiritur admonitio in accusatione, sicut in denūciātione: quod ampli⁹ explicabim⁹ quæstionē sequēti. Nā accusatio p̄cēdit ad pūnitionē, quanq̄ frater sit emendatus: denūciātio verò fraterna cessat, si frater sit emendatus per admonitionem. Et ideo, sicut ante denūciātione requiritur admonitio, ita ante accusationem requiritur inscriptio , vt suprà citatū est ex cap. Qualiter & quando. secūdo. De accusa. ¶ Ad secundū principale latē responsum est in quinta conclusione. ¶ Ad tertīū ex verbis Augustini respōdetur, q̄ quanq̄ ante denūciātione quæ sit p̄elato tanq̄ iudici, necessarium sit priūs adhibere testes qui bus reus conuincatur, tamen consilium est anteq̄ aliquis testis inducatur, crīmen reuelare p̄elato tanq̄ patri. Et ratio est, vt suprà nos diximus, quia correctio fieri debet quā minima fieri possit iactura famæ: & cùm, si testes non sufficient, denunciādū est peccatū p̄elato, cōsiliū est vt ante testes denūcietur p̄elato tanq̄ patri: vt, si fortē frater correct⁹ & emēdatus fuerit a p̄elato, excusetur diffamari apud testes. Quare, illa litera Augustini quā aliqui legūt duabus negationibus: scilicet, Ne forte possit secretiūs correctus nō innotescere cæteris: forte legēda est vni- ca negatione, vt legit Erasmus: scilicet, Nè forte possit secretiūs correctus innotescere cæteris. Sed vtrolibet modo legatur, sensus est: Si forte possit secretiūs correctus non innotescere cæteris . Hoc tamen documentum Augustini non est p̄ceptum, sed consilium. Qui enim existimaret commodiūs per alium q̄ per p̄elatum posse corrigi frātrē, iustē reuelabit priūs alteri. ¶ Ad vltimum argumentum respondetur, quōd quando p̄elatus interrogat subditum de occulto crīmīne, p̄ter ordinē iūris, subditus non tenetur obedire. Nam obedire Deo magis oportet, quam hominibus: Actuū. 5. Nec p̄elatus est iudex occultorum, sed solus Deus. Sed de hoc latius in tertio membro. Et hæc de correctione fraterna.

QVAE STIO QVINTA.



T R V M accusatio nonnunquam sit in præcepto. ¶ Ad partem negatiuā arguitur. Accusatio est delatio rei ad vindictam: sed in Euangelio Matth. 6. præcipimur dimittere peccata debito ribus nřis, si nřa nobis volumus à Deo dimitti: & Paulus Rom. 12. Nō vosmet ipsos defendantes (aliás vindicantes) charissimi: sed date locum iræ: ergo ne mo tenetur fratrem accusare. ¶ Secundò. Si accusatio esset virtus & præceptū, nemo esset qui ab illo exciperetur: sed multi repelluntur ab accusatione: vt latè patet. 2.q. 7. per totum quæstionem: & excommunicati & infâmes accusare non possunt: nec subditi maiores suos: ergo accusare non est in præcepto. ¶ Tertiò arguitur. Accusator obligatur crimen probare: aliás, poenam subit talionis: sed nemo obligatur subire tantum periculum, si vult cedere iuri suo & remittere debitum: ergo accusatio nunquam est in præcepto: sed satis est vt sit licita. ¶ Sed in contrarium est illud Leui. 5. Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis (scilicet falsò) quod ipse vidit aut conscius est, nisi indicauerit, portabit iniquitatem. Quod præceptum, quia morale est, manet in noua lege, tanquam de iure naturæ.

IN prima q̄stione huius mēbri distinxim⁹ in gene re inter denunciationē, accusationē, & inq̄stionē, & rōne finis: & rōne virtutis. Quia denūciatio est officiū charitatis ordinatū propter bonū priuatæ personæ: reliquæ verò sunt ratione iustitiae, ppter bonū publi cū. Iā verò modò operæptiū est singula in particulari amplius Quatuor explicare. ¶ Quatuor ḡna denūtiationū notāt doctores Decre ḡia denū torū cap. Nouit. De iud. &c. 2.q. 1.ca. Si peccauerit: q̄ sunt, Euanciationū. gelica, iudicialis, canonica & regularis. De Euāgelica satisdictū Denūcia- est quo fine & ordine fiat. Denunciatio iudicialis est duplex. tio iudi- Publica: q̄ iudex ex officio p̄ denunciationē suorū officialium cialis. procedit: vel ad mulctadū reū poena fiscalis, vel alia poena arbitria. Priuata, q̄ est manifestatio criminis, qua quis p̄tendit resarciri sibi dānū acceptū, & se ī pristinū statū restitui. Et differt inter

inter denūciationē judicialē & Euāgelicā: primò, rōne finis. Nā finis Euāgelicæ est emēdatio fratris: vt poeniteat: sed finis iudicialis est bonū denūciantis, vt delinquēs satisfaciat. Et secundò in ordine. Nā illa procedit ordine Euangelico sine strepitū iudicij: & propterea dici Euangelica: sed iudicialis procedit in scriptis & forma iudiciali, & propterea dici iudicialis: & tenet denūcians probare crimē, licet quādōq; iudicialis procedat nihilo minus de plano. i. sine strepitū iudicali. Differt tamē denunciatio iudicialis ab accusatione: primò, quia denūcians nō intēdit vindictā publicā, & punitionē denūciati propter bonū publicū, sed solū suū interesse, in quo per iniuriā lāsus est. Accusator verò petit vindictā publicā, quæ infligitur propter bonū cōmune. Quare iudex denunciatū iudicaliter, nō potest punire tota poena legis, sicut tenetur punire accusatum. Et, vt ex omnibus ipsis naturā vtriusq; explicem⁹, denunciatio est mera manifestatio criminis, sine aliqua actiōe: qua scilicet denuncia crimē prælato, vt ipse ex officio faciat, quod visum ei fuerit secundū ius. Sed accusatio est delatio criminis cū actione, qua iudex petitur & cōpellitur punire reū. Quare denūciator nō dicitur actor, sicut accusator. Quò fit vt denunciatio locū habeat, vbi actio esse nō pōt: quod potest cōtingere tripliciter: aut rōne personæ, quæ agere nō pōt: aut rōne iudicis, qui nō est directus: aut ratione criminis, quod lege permittit. Exemplum primi. Seruus q̄ nō pōt agere in iudicio, pōt tamē denūciare iudici asperitatē & sæuitiā dñi: vt ipse ex officio cōpellat dñm, aut miti⁹ agere secū, aut vēdere: vt habet Inst. De his q̄ sūt sui vel alii iuris. §. Sed & maior. Eadē ratione religiosi quando agere non possunt aduersus platos, possunt eos denūciare: vt notāt doct. ca. Inſinuāte. Quicke. vel mo. Exemplū secūdi. Quādo iudex sēcularis nō seruat iustitiā, pōt quisq; illū denūciare papæ: ad cuius officium spectat de quocunq; peccato mortali corripere quēlibet christianū: vt dicit papa. c. Nouit De iudi. vbi rex Frāciae denūciatus est papæ de crimine, quod cōmiserat aduersus regem Anglię. Et è cōuerso iudex Ecclesiasticus potest denūciari principi sēculari, ad reprimendā eius vim per iniustū iudiciū. Nā sēcularis princeps ius habet repellēdi vim, à quocūq; illatā. 23.q. 2.c. Regū. Exemplū tertij. Quia vſura lege impunē permittitur, accusari

Denun-
catio ca
nonica.

accusari nō pōt usurarius: tñ pōt denunciari, vt iudex ex officio admoneat illū ad restitutionē. Et eadē rōne, quādo quis decepit aliū citra dimidiū iusti pretij. In his ergo casibus nō est propriè accusatio, sed denunciatio, idest, mera manifestatio criminis, vt iudex ex officio emendet erratū. Accusatio vero fieri nō pōt, nisi ab illo qui potest agere directē. Quanquā & qui agere pōt, & corā proprio iudice, potest quandoq; mere denūciare si ne accusatione. ¶ Tertia est denūciatio canonica: qā à iure canonicō inuēta est: & est manifestatio criminis, nō ad vindictā publicā, sicut accusatio, nec propter propriū interesse, sicut denūciatio iudicialis, sed quā coērceant̄ crimina, nē vltra pcedat. Sed hæc vix profectō pōt distingui à denūciatione fraterna: nisi dicamus qđ denūciatio fraterna est illa sola, quæ procedit ad solā emendationem fratris, propter bonū suū: sed canonica est illa qua proceditur ad euitandū damnū publicū, aut priuatæ personæ: vt cū quis denūciat prælatū, aut habentē beneficium, vt priuetur officio aut beneficio: quia est perniciosus plebi. Et secundū Innocentiū in dicto. ca. Nouit. quādo quis denūciat crimen quod est in perniciē publicā, aut præiudiciū tertiae personæ: nō solū ad emendationē illius, sed vt euitetur aut resarcitur damnū: tunc est denūciatio canonica: quæ quidē denūciatio nō est fraterna: nec est iudicialis, quia nō petitur propriū interesse: nec proprie est accusatio, quia nō petitur omnino vindicta legis. Sed tñ cōuenit hæc denunciatio cū fraterna in hoc: quia requirit præuiā admonitionē, vt notāt doctores loco citato. ¶ Denūciatio regularis est illa, quæ fit in religionib⁹ secūdū cōstitutiōes & regulas diuersas diuersarū religionū: siue fit iudicialis, ppter ppriū interesse: siue canonica, ppter bonū cōmune. Et ideo dicitur regularis: qā in religionib⁹ nō necesse est seruare totū ordinē iuris. ¶ Præter has notificationes criminū, dici, ppriè: exceptio: qñ alicui obijcitur crimed̄ ne eligatur ad dignitatē: aut qñ obijcitur accusatori, vt repella ab accusatiōe: vt habetur. c. Super his. De accus. Hæc adnotauerim nē theologi ignorātia prorsus horū nominū laborēt. Nā theologi non trāstāt, nisi de denūciatione fraterna, & accusatione, & inquisitiōne: sed reliquas denūciationes, præter fraternā generali nomine appellant accusationem: cuius ignorantia decipiuntur multi.

Quanquā

Quanq; accusatio si propriè definiatur, est delatio rei de criminē ad vindictam, propter bonum publicum: vt colligitur à S. Thoma. 2.2. q. 68. Sed doctores vtriusq; iuris, vt notat Sylvestr in verbo: accusatio: dicunt accusationem etiam posse fieri propter bonum priuatum: sicut denunciationem, ē conuerso, propter bonū publicum. At verò, si naturam rei inspiciamus: in accusatione per se & primō, intēditur vindicta publica per pœnā legis, ad terrorē populi: quod est ordinari per se in bonum publicū. Sed in denūciatione per se intenditur, aut propriū interesse, si sit iudicialis: aut cohibitio peccati, vel euitatio damni, si sit canonica, licet de per accidens quandoq; sequatur vindicta & punitio publica.

¶ H I S prænotatis respondetur ad quæstionem sex conclusionibus. Prima. Quicunq; tenetur eum accusare, cuius crimen i. Cœla. est in perniciē publicam, & potest idoneis testibus comprobari. Quæ peccata vergāt in perniciē publicam superiori quæstione declaratum est. Conclusio est S. Thomæ loco citato & Alex. 3. p. q. 42. membro. I. & deniq; theologorum. 4. d. 39. & canonistarū cap. Nouit. De iud. Proba f conclusio. Vnicuiq; mandatum est de proximo suo: vt habeat Ecclesiast. 17. & præsertim vnicuiq; lege naturæ incūbit cura boni cōmuni: sicut mēbra corporis naturali instinctu sese obijciūt periculo capitī: ergo qñ bonū publicū periclitatur, vnuſquisq; tenetur peruersores accusare. ¶ Summa Ang. in verbo: accusatio: negat quenq; teneri accusare proximum: quia in causa propria nullus cogitur accusare: vt statim dicem⁹: sed in causa publica satis est denunciare crimen, vt euitetur damnum: nec opus est accusare petēdo vindictam. ¶ Ad hoc respondetur dupliciter. Primō, qđ S. Thom. & theologi generali nomine accusationis cōprehendunt oīm denunciationem, præterfraternam. Et ideo quam Sum. Ang. vocat denunciationem, theologi vocant accusationem: atq; adeò, non est contradic̄tio nisi solo nomine. Atqui, vt superiori quæstione dictū est: concedimus quod quacunq; alia via quis abundē possit prouidere bono cōmuni, non tenetur accusare. Secundo respondetur, qđ potest esse crimen adeò perniciosum adeoq; manifestum aduersus bonum publicū, vt quicunq; teneretur, non solū denunciare, sed accusare tanq; actor: non solū

MEMBRI SECUNDI.

solùm ad euitandum damnum, sed vt peccatum puniatur pœna legis propter exemplum. Nam quanquā in causis priuatis nullus accusare possit, nisi ille cuius interest: tamē in causa publica quicunque potest accusare: vt patet per Extrauagant. Ad reprimendum. ¶ Quod si quis arguat contra hanc conclusionem: vt dicebamus tertio argumēto principalē: Nullus tenetur graui suo periculo alium accusare: accusator verò, si deficiat in probatione, subest periculū talionis: & posset nonnunq; ex malitia testiū sine culpa sua deficere: ergo nullus tenetur cum tanto periculo accusare. ¶ Respondetur, quod nullus tenetur accusare nisi crimen quod possit probare, vt afferit cōclusio. Et qui bona fide accusat non tenetur ad poenam talionis, licet deficiat in probatione: vt dicit S. Thomas. 2.2. quēst. 68. articu^p. 4. ad. i. Vndē elicitur documentum, vt qui fraternaliter denunciant, aut ad obuiandū malo cōi, protestentur se nō accusare, sed sim pliciter denūciare: vt, si defecerint in probatione, nō subeāt periculū talionis. ¶ Secunda cōclusio. Nemo tenetur accusare quēq; de iniuria sibi p̄priè illata. Quanq; id nihilomin⁹ licitū sit. Prima pars p̄baꝝ primō ex illo Matt. 6. Nisi dimiseritis hominib⁹ peccata eorum, nec pater vester dimittet vobis delicta v̄ra. Vbi datur cōsilia remittendi iniurias: tantū abest vt eas aut accusare aut vlcisci cogamur. ¶ Et confirmatur iure imperitorio C. Ut nemo inuitus agere vel accusare cogatur. l. vnica. Tam et si Barthol⁹. l. In eum. ff. De accus. notet textū. l. Si quis homicidij. C. eo. titu. vbi videtur compellendum esse nonnunq; actorem ad accusandum. Et. ff. De his quibus vt indignis leg. auferuntur. adnotatur vt hæres occisi hominis causam homicidij persequatur: aliās abeat hæreditate. Sed, quicquid sit de foro exteriori, in quam messem falcam non mittimus, tamen in conscientia nullus tenet quenq; de propria iniuria accusare, nisi pernicioſissimū forsan hominē: vt puta, publicum latronem, propter bonū publicum. In quo casu videtur loqui lex illa citata à Bartholo: Si quis homicidij. Imō nec constringitur quispiam denunciare iuridicē, ad recuperandum damna quē accepit: nēpē, cum illa quisque possit remittere & condonare: nisi forsan quis esset adeō pauper, vt non posset alere & sustentare familiam suam, nisi repetendo bona per iniuriā sibi ablata: nam

tunc,

Q V A E S T I O V.

Fof.46.

tunc deberet ea repetere. ¶ Secūda pars conclusionis: videlicēt quod quicunq; possit accusare reum de iniuria sibi illata, probatur. Nam accusatio & vindicatio iniuriarū authoritate publica, est actus virtutis iustitiæ: actus verò virtutis, si debit is ornatur circumstantijs, nunquam est prohibitus. Verum est tamen, consilium esse Euangelicum non accusare: nam accusatio non debet procedere ex odio: quod tamen quām rarissimē abest accusatori. Qui tamen absque odio petit vindictam legis nihil aliud exercet, quam iustitiam. ¶ At, dubium est qui nā sint illi qui accusare possunt: & primō de clericis, quo iure prohibeantur accusare in causa sanguinis. ¶ De quo sit tertia conclusio. Clerici solo iure humano prohibentur indicare, aut quomodo cunq; agere causam sanguinis. Probatur. Nam iure naturali eadem est clericis conditio cum laicis. Nempe, vt priuata auctoritate neminem occidere possint, possint tamen via iuris proprias iniurias, & repellere & vindicare. Nec in sacra pagina locus est expressus, quo prohibeantur clericis iure diuino iniurias publica auctoritate vindicare. Nā illud primæ Timoth. 3. Oportet episcopum sine criminē esse, non violentum, non percussorem: non planē pertinet ad hoc propositum. Primō: quia Apostolus non videtur loqui de clero percussore auctoritate publica: sed loquitur de percusione, quæ fit ex ira auctoritate priuata. Debent enim in hoc clericis excellere laicis. Et ideo coniungit illa duo: non violentum, non percussorem: quia ex violentia suboritur ira. Secundō, quia quanquā Paulus illic prohiberet clericis effusionem sanguinis auctoritate publica, non continuo sequitur, illud esse propriè præceptum diuinum. Duplex enim potest distingui præceptum in epistolis Apostolorum. Vno modo tanquam positum immediate à Deo cuius auctoritate loquitur Apostol⁹: & illud propriè est est præceptum iure diuino. Alio modo, quod sit præceptum vel admonitio ipsius Apostoli, sua propria auctoritate loquētis. Quæ duo genera præceptorū distinguit ipse Apostolus primæ Corinth. 7. His qui matrimonio iuncti sunt p̄cipio, nō ego, sed Dominus, vxorē à virō non discedere & virum vxorē non dimittere: nā cæteris ego dico, nō Dominus: Si quis frater vxorem habet infidelem, & hēc consentit habitare cū illo, nō dimit

tat

tat illam. Ecce: vxorem à viro non descendere, est propriè præceptum diuinum: sed virum fidelem nō dimittere, vxorem infidelem, est præceptum humanū Pauli. Et illa admonitio Pauli de honestate episcoporum: sicut multæ aliæ, sunt huius secundi generis: quæ proinde nō proprie sunt de iure diuino sed largo modo. ¶ Sed secundò arguitur, q̄ sit de iure diuino: saltē q̄ clerici nō sint iudices in causa sanguinis. Nā Christus redemptor noster quāuis potuerit, etiam in quantum homo, accipere quācunq; voluisse potestatem & iurisdictionem orbis, tamē re vera nō accepit nisi potestatem spiritualem, & eam temporalem quæ erat necessaria ad finem redēptionis: vt puta, potestatem corrigēdi leges sēculares, si essent contra fidem & bonos mores: & inultandi reges, si exorbitarēt à fide: non tamen assumpsit potestatē sēcularem ad discernēdas causas ciuiles & criminales, vt in De potestate ecclesiastica. latius tractat doctores rationabilius sentiētes. Et hoc est quod dixit: Regnū meum non est de hoc mundo: vbi non negauit se habere regnū orbis, etiā in quantū homo: sed negauit habere regnū, quale habent principes sēculares: & qualem ipse habuit potestatē, talem reliquit Ecclesiæ: ergo iure diuino videtur prohibitū esse clericis ius dicere in causa sanguinis. ¶ Respondetur, q̄ argumentum fortē probat, potestatē Ecclesiasticā, quā Christus reliquit Ecclesiæ, non extēdi ad causas sanguinis: nisi forsitan vbi necessitas fidei exigeret, vt bello propugnaretur: nam tunc clerici possent pugnare, secundū illud Luc. 22. Qui non habet gladiū vendat tunicam, & emat gladium. Sed tamē argumentū nō satis probat, q̄ clerici non possint iure diuino vti alia autoritate q̄ Ecclesiastica: vt puta, q̄ nō possint esse duces aut prætores in causis sanguinis. Colligitur ergo solo iure humano canonico interdictum esse clericis exercere causam sanguinis: vt habetur in cōcio Toletano.ca. His à quib. 22. q. 8. & cap. Clericis: & capit. Sententiam. Nē cle. vel mo. sēcular. negotijs se immisceat: & eodem iure imponit pœna irregularitatis clericis percussoribus: vt habetur in cap. Presbyterium. De homicidio volūtario, & in multis alijs. nam in sacra pagina nulla talis pœna legitur. Vnde. S. Thomas. 2.2. q. 64. ar. 4. nō fundat hanc prohibitionem clericorum in aliquo iure naturę, sed solūm duab' cōgruentijs. Prima, quia

quia sunt electi ad altâris ministeriū, in quo representatur pas-
sio Christi, qui cum percuteretur non repercutiebat. Secunda,
quia clericis committitur ministeriū nouæ legis, in qua non de-
terminatur pœna occisionis, vel mutilationis corporalis. Quæ
quidem conditiones non conueniebant sacerdotibus antiquæ
legis: atq; adeò illis nō erat interdictum exercere causas sanguini-
nis, eo modo quo clericis nouæ legis. ¶ Ex hac conclusione se-
quitur, q̄ papa & Ecclesia potest dispensare pro causa rationa-
bili cum clericis, ne sint excommunicati aut irregulares pro-
pter percussionē: atq; adeò, omnino dispensare, vt quæcūq; occi-
sio licita sēcularibus, vel in bello vel in iudicio posset, etiā lici-
tē & sinē peccato exerceri à clericis. ¶ Habemus ergo q̄ clerici
accusare nō possunt, petēdo vindictā sanguinis, nec ī causa pro
pria, nec in causa publica. Possunt tñ, vt dixim⁹ in superiori q̄
stione, denunciare crima: nō solum in causa propria, sed quā
do peccatum est in præjudicium publicum, aut tertię personæ:
& etiam si sit periculū effusionis sanguinis & homicidii: modò
id faciat protestantes, se nō petere huiusmodi vindictas, vt citat-
um est suprà cap. Prælatis. De homicidio volūtario. eodem li-
bro. 6. ¶ Notandum est præterea, q. 2. q. 7. per totam habetur, &
laici nō possunt accusare clericos, nec clerici laicos, nisi in certis
casibus, nec subditi possunt accusare platos, nec hæretici Chri-
stinaos. Et ff. De accus. cap. Qui accusare. habetur, q̄ infâmes &
publici peccatores accusare non possunt. Quæ lex recipitur iu-
re canonico. 2. q. 1. ca. Prohibetur. Sed hæc omnia sunt de iure
posituo, pertinentia ad forum exterius: & ideo non est theo-
logi illa examinare. Sed satis est hic adnotare circa subditos, q̄
solū prohibetur in iure accusare prælatos ex odio: nā si faciant
ex charitate, licitē faciunt: vt docet. S. Thom. 2.2. q. 68. ar. 1. ad. 2.
Sed circa infâmes & excommunicatos, iam adnotauimus supe-
riùs differentiam, q̄ à denunciatione fraterna quæ est propter
emendationem fratris, nullus repellitur. ¶ Sed dubiū est quan-
do crimen est in perniciem publicā, vtrum etiam infâmes pos-
sint accusare. Videtur quod sic nā illud est in præcepto, vt dixi
mus in prima conclusione: & à præcepto nullus propter culpā
suam expellitur: alias commodum reportaret ex culpa. ¶ Re-
spondetur, q̄ nullo modo infâmes sunt admittendi, etiā in illo

G casu

MEMBRI SECUNDI.

casu, ut dicit S. Thom. loco citato ad primū argumentum: sed tamen in tali casu possunt & debent denunciare crimina iudici (quod ait illic Caietan⁹) ut ip̄e faciat, quod ex officio debitū

4. cōclu. sit ei facere. ¶ Sed quantum ad formam accusationis est quarta cōclusio. Accusatio debet fieri in scriptis. Hęc habetur in iure canonico. 2. q. 8. cap. Accusatorum. & cap. Qui crimen. Et ff. De accus. l. Si cui. Quare illud nō est p̄ceptū naturale, sed solū positiū. Nihilomin⁹ est ratio congrua huius, q̄ sumit ex diffētia inter denunciationem & accusationē, maximē fraternalm, aut canonicam. Quia in denūciatiōne nō petitur vindicta: quare, nec denunciator propriè est actor, nec pars aduersa denunciato: sed prælatus & denunciator ambo intendunt emendare fratrem: aut euitare malum publicum. Sed in accusatione, quia accusator petit vindictam, constituitur actor pars aduersa reo: & iudex est medi⁹ inter ambas partes. Quare, actor teneat probare quicquid obijcit reo. Et inde fit, vt, cum iudex non possit omnia tenere in memoria: expeditat, vt accusatio scripto, p̄feratur, vt si defecerit in probatione, puniatur de calumnia: vt habeatur in dicta lege. Si cui. Quod & in denūciatiōne iudiciali est etiā quādoq; necessarium. Tametsi, vt habetur cap. Leuia. ff. De accus. de leuib⁹ peccatis possit fieri accusatio de plano, id est, solo verbo, sine strepitu iudicij: vt exponit Bartholus in Extraug.

Dubium. Ad reprimēdū. ¶ Sed dubiū est circa formā accusationis, vtrū sicut denūciatiōne Euāgelicā, ita iudicalē accusationē necessariū sit, vt secreta admonitio antecedat. Nā. S. Tho. i. 4. d. 19. q. 2. ar. 3. duas recitat opiniōes: primā q̄ tenet partē affirmatiuā: alterā q̄ tenet partē negatiuā. Et Sylues. in verbo Accusatio. §. 3. estimat S. Tho. consentire cū opinione affirmatiua. Sed profetō verisimilius videtur consentire cū negatiua: vt pote quā recitat secūdo loco. Durā. 4. d. 19. q. 4. dicit, q̄ in foro exteriori nō exigitur vt admonitio præcedat, nec hoc petit iudex: sed tñ in foro cōsciētiae, tā in accusatiōne q̄ in denūciatiōne requiriſt admonitio: nā Euangeliū nihil distinguit inter denunciationē & accusationem. Sed Caie. 2. 2. q. 33. ar. 7. dicit, q̄ quādo accusatio solūm est licita, nō tamē in præcepto, tunc prærequiritur admonitio: sed quando est in præcepto, non est necessaria. ¶ At vero alia fortē ratione melius dissoluetur hoc dubium. Primum,

in

QVAESTIO. V.

Fol. 48

in foro exteriori nunq̄ exigitur ab accusatore an priūs admonuerit, sed solū vt causam inscribat: iuxta illud: Sicut denūciatio nē admonitio, ita & accusationē inscriptio p̄cedere debet. cap. Qualiter & qñ. De accus. Sed & in foro cōscientiae statuerim regula ḡnalē, q̄ quotiescūq; quis habet ius accusandi, eodē iure p̄t sine p̄via admonitione statim accusare. Probaſ. Accusationis finis est vindicatio & punitio criminis, sine respectu ad emēdā: cū tñ admonitio solū fiat ad emēdationē in futurū, colligif, vt qui habet ius accusandi nō astringaſt admonere: quia potest accusare, quanq̄ crīmē iam cessauerit. Est nihilomin⁹ nōnunq̄ consilium admonendi ante accusationem. v.g. quando crimen est in perniciem publicam, tunc si certissimus ego sim, posse me satis succurrere illi malo per admonitionem meam, debeo admonere ante accusationem: aliās si sit periculum in mora, tenor statim sine admonitione accusare aut denunciare. Sed in causa propria, vbi tamē non est præceptum accusandi (quanq̄ Caietanus oppositū insinuet) non est dubium, quin possim statim accusare illū qui occidit patrem meū, sine aliqua monitione. Nam quanq̄ homicidam pœnituerit delicti, possum nihilomin⁹ iustē petere pœnā capitī. Licet esset forte consilium remittere iniuriam: & admonere illum vt restituat damnū: & tūc cessare ab accusatione. Imò in causa aliena priuata: vt si scirem aliquē esse latronem aut fornicarium in cōuentu: essentq; legiti testes: possem forsan statim accusare sine admonitione, si vellē subire periculū probandi. Licet in hoc casu posset forsan sustineri opinio Caie. videlicet, q̄ deberet p̄cedere admonitio: atq; adeo, emēdato frē, nō esset p̄cedēdū ad accusationē. ¶ Sed de iniqua accusatione statuitur quinta conclusio. Tria sunt accusationis vitia: calumnia, præuaricatio, & tergiuersatio. Conclusio est iuris canonici. 2. q. 3. cap. Si quē pœnituerit, & iuris ciuilis. ff. Ad senatuscon. Turpi. l. Accusatorum. Calūniari enim est falsa crimina scienter intēdere. Præuaricari verò est vera crimina abscondere. Tergiuersari est ī vniuersum ab accusatiōne desistere. Nam, vt S. Thom. 2. 2. q. 68. arti. 3. sapienter exponit, bifariam accusator peccare potest: aut contra reum, imponendo falsa crimina: & illa est calumnia: aut cōtra bonum publicum, nē criminofus puniatur: & id dupliciter: aut abscondendo

G 2 vera

vera crimina: quæ est prævaricatio: aut recedendo ab accusatio-
ne, quæ est tergiuersatio. ¶ Ex hoc sequitur, q[uod] quamvis calu-
minia in quocunq[ue]; iudicio sit peccatū, tamen prævaricatio & ter-
giuersatio solum sunt iniuriæ, & peccatū vbi quis tenetur accu-
fare: puta quādo crimen est in perniciem publicam: nam tunc
iniuria fit bono publico: si accusans iuuet accusatū, vel desistat
ab accusatiōe: sed in causa p[ro]pria ītegrū est cuicūq[ue]; desistere ab
accusatione. ¶ Sequit[ur] secundò, q[uod] vbi nulla est malitia, nulla est
calumnia nec iniuria. Vbi enim quis bona fide quempīa accu-
savit de criminē, quod putabat esse criminē, nulla est calūnia: tā-
etsi, ratione rei acceptæ, tenetur nonnunq[ue] famam restituere. Et
in hoc casu bonæ fidei, intelliguntur verba dicti capituli: scilicet:
Si quem pœnituerit accusare de eo quod, p[ro]bare non potuerit,
si cum accusato innocēte cōuenerit, iuuicem se absoluant. At
qui notandum est, nō solum adesse calumniā vbi est accusatio
de falso criminē, sed præterea, vbi est accusatio de occulto. Nam
quod crimen probari nō potest, pro falso reputatur in iure. At
prævaricatio contingit duobus modis: aut dissimulando pro-
prias p[ro]bationes, aut falsas excusationes admittēdo. Vnde præ-
varicator dicitur, quia deflectit in partē aduersam: quia varica-
re, idem est quod deflectere: & eadē ratione prævaricatio dici-
tur alio nomine collusio: instar ludētium, quādo alter sociorū
iuuat partē aduersam. Et hoc vitium potest cadere in actorem,
aduocatum, procuratorem & scribam. Et paria dicātur de ter-
giuersatione. Et contingit hoc vitiū siue accusator desistat pro-
pter pecuniam, aut propter aliam causam, nisi desisteret ex me-
tu cadente in constantem virum. ¶ At cūm quis accusat de pro-
pria iniuria & punitio non est necessaria ad bonum publicū,
tunc integrum ei est, aut desistere, aut persequi accusationem.
At verò his non obstatibus, potest princeps iusta de causa abo-
lere accusationē: vt si ille qui petitur pœna capitali, est dux p[ri]ci-
pius, vel aliās valde necessari⁹ Reipublicę: vel si certò scit falsum
esse criminē de quo accusatur. Potest (inq[ue]) tunc, aut in principio
refutare accusationē, aut postea abolere: siue accusatio sit de in-
iuria publica, siue de priuata: dūmodo alia via restituant dāna,
& fiat sine scandalo. Sed tamē inferior iudex non habet talem
6.Cūcl. potestatem. ¶ Sexta & postrema conclusio. Calumniator qui
in

in probatione defecerit reus est pœnæ talionis. Conclusio est
vtriusq[ue]; iuris.2.q.3.ca. Calūniator. & ca. Qui nō probauerit: &
ff. De abolitio.l.1.&l.1. Mulier. & l. Quæsitum. Et sancita est h[ec]
lex in star legis veteris. Exo.21. Oculū pro oculo, dentē pro dē-
te: & Deut.19. Cūmq[ue]; diligētissime perscrutātes, inuenerint fal-
su[m] testem dixisse contra fratrem suum mēdaciū, reddent ei
sicut fratri suo facere cogitauit. Non tamen subinde sequitur,
vt multi subinferūt, legē talionis esse de iure diuino. Nā, vt fæ-
pissime admonere solem⁹, tota lex vetus prorsus cessauit in pas-
sione Christi secūdum illud Hebr.7. Translato sacerdotio, ne-
cessē est vt legis trāslatio fiat: vbi non distinguitur inter præce-
pta moralia, aut ceremonialia, aut judicialia. Quare omnia ces-
sarūt, quātū ad vim quā habebāt à lege antiqua. Ob idq[ue]; argu-
mentū huiusmodi: hoc antiquitūs obligabat de iure diuino: er-
go nūc obligat de iure diuino: nihil aliud est q[uod] hæreticum. Sed
est differentia, q[uod] præcepta moralia, q[uia] sunt de iure naturæ, aut
præcepta sunt iterū in noua lege, sicut decalogus, aut iure ipso
naturali obligat. Judicialia verò quanq[ue] cessauerūt, tñ possunt
mō institui iure positivo in lege noua, ad exēplū veteris legis.
Sed ceremonialia, quia erant figura nouæ legis, non possunt iā
modo iterato institui, nec ad imitationem illorū. Ad propositū
ergo. Quanquā sit ius naturæ, q[uod] qui proximū falso accusat pœ-
na aliqua puniatur, tamē q[uod] talis pœnæ reus sit qualem intēde-
bat infligere, hoc erat in veteri lege iudiciale: & ideo iam nō est
de iure diuino, sed iure positivo institutum est, ad imitationē
illius: vt. S. Tho. dicit in simili de quota decimarū.2.2.q.87. Sol-
uere em̄ decimas in stipendia clericorū est de iure naturæ, sed ta-
men talē quotam soluere erat antiquitūs iudiciale, & ideo mo-
dō est de iure hūano, posito ad imitationē antiquæ legis. ¶ At
verò quantū ad legē attinet talionis, illa, vt autor est Aristoteles.
5.Eth.cap.5. ortum habuit à Pythagoricis, secūdum illud Rada-
māti: Si quæ fecit patiatur & ipse, rectum fuerit iudiciū. Quod
tamen temperat Aristoteles, dicens. Talionem, id est, repassio-
nem, non iuste fieri secundum æqualitatem. Vt si princeps ple-
beiū percutiat, nō est iustū repercutiā i[st]e: & si plebeius percu-
tiat magistratū, nō satis est vt ipse simili modo percutiatur: sed
debet fieri secundū analogiam, seruata ratione & proportione

G 3 perso

psonarū.&c. Vñ, quāuis dicta lex taliōis inscripta sit in duodecim tabulis sub titulo De iniurijs , tñ p̄toris clemētia reuocata est: vt refert Gelli⁹ li. 20. noc. att. & meminit Iustinian⁹ Insti. De iniu. §. Pœna. Vnde iā fere nō est in vsu pœna talionis. Et in regno nostro Castellæ, solum decernitur pœna talionis in teste, quifalsum testimoniū dixerit in causa capitali: vt iubef. l. Taurivltima:& Christus redēptor noster Matth. 5. ānotauit illā legē talionis tāq acerbā: Dentē pro dente, oculū pro oculo : atq; adeò datā aduersus malitiā iudēorū. Tametsi illic nō reuocauit legē talionis, vt aliqui putant: nā solū illic dedit Christus consilium cōdonandi & remittendi iniurias: quod solum est præceptum quantum ad præparationem animi tēpore necessitatis.

C A D P R I M V M argumētū responsum est in secunda cōclusione. Dimittere em̄ peccata debitorib⁹ est præceptū, in hoc sensu, q̄ non debemus nos vindicare authoritate priuata, sed tamē non petere vindictā authoritate publica: id solū est consilīū, vt modo dicebamus. **C Ad secundū responsum** est in tertia cōclusione: vbi explicuimus, qui & qua ratione repellantur ab accusatione . **C Et ad tertium responsum** est in prima & vltima conclusionibus: vbi diximus q̄ qui bona fide accusat: licet deficiat in probatione, non subit pœnam talionis.

Q V A E S T I O S E X T A.

T R V M inquisitio occulti peccatoris nulla præcedente infamia sit iusta. **C Ad partem affirmatiuam arguitur.** Quæcūq; scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt . Ro. 15. sed Iosue. 7. legimus, inquisitionem diuina authoritate factam de Achā anathema te nulla præcedente infamia, aut personæ aut delicti: nēpe qui secretō absconderat de hostili p̄da palliū coccineū: qui forte missa per tribus inuētus est & lapidatus. Et Numeri. 5. lex erat , vt si spirit⁹ zelo typiæ cōcitasset virū cōtra vxorē suam, cuius adulteriū lateret, net testibus cōprobari posset, tūc vir vxorē afferret sacerdoti, & celebratis certis ceremonijs, si erat in peccato, putrescebat ei femur: si autē fœcundabat cōcepta prole: ergo licita est iure di-



uino

uino nulla p̄cedēte infamia, inquisitio criminis. **C Secūdō. Di-** uis Greg. v. q. i. c. Quidā maligni. excōmunicauit quēdā occul tū diffamatorē, q̄ libellū famosum in publicū ediderat: p̄cipiēs vt hmōi diffamator, quicunq; ille esset, proderet se: aliās sententiæ excōmunicationis subiaceret: cùm tamen nulla antecessisset infamia personæ: ergo licita est iure canonico huiusmodi inquisitio: nulla infamia reclamante. **C Et tertīo arguitur.** Prælati ex officio debent & solent generaliter inquirere, certis tem porib⁹ subditorū statum & mores: quamuis nulla laborēt infamia. **C Et confirmatur** id tandem, quia prælati vt habetur Ezech. 3. & 33. eō dicuntur speculatores, q̄ debēt vigilare super gregem, & suorum mores explorare: ergo sine clamore & infamia obligantur inquirere errata subditorum. **C Sed in contra-** rium extant decreta Innocentij, extrā De accusationibus. cap. Cūm oporteat. & cap. Inquisitionis. & cap. Qualiter & q̄n. el se gundo: vbi strictè cauetur nē inquisitio personæ, nisi præcesserit infamia & clamorosa iſinuatio, villo modo fiat. Et idē habet cap. Licet Heli. extrā De simonia, &c. Deus omnipotens. 2. q. i. **P**ost correctionem Euangelicam & iudicialem accusationē, consequitur tertīo, vt de inquisitione dicamus. Et præter alias differentias, hoc etiam differt inter has tres vias cognitio num, quod correetio & denunciatio Euangelica omnibus in vniuersum incumbit, tam subditis quām prælati: accusatio vērō solis subditis: sed inquisitio solum prælati. Vnde inquisitio est inuestigatio, aut criminis, aut peccatoris occulti: quæ fit à prælato. Et authores Decretorum in dicto cap. Qualiter & q̄n. distinguunt (quæ sua est consuetudo) plura genera inquisitionis: sed satis est duas adnotare. Alia est enim inquisitio generalis, alia verō specialis. Generalis est, qua prælati ex debito officij, visitantes prouinciam aut cōuentum, disquirunt vitam suorum & mores, an seruentur leges & institutiones. Et dicitur generalis, quia nec nomina ſe persona, nec crimen de quo inquirit: sed in genere, vtrū sit qui crimen aliquod admiserit. Inquisitio verō specialis est, qua in particulari & nominatim inquirit certa p̄fona, aut de certo crimine: vt vtrū Petr⁹ sit in aliquo delicto: vel, quisnā perpetravit hoc homicidium: vel, vtrū Petrus hoc homicidium fecit. **C Atqui specialis inquisitio fieri potest,**

G 4 aut

aut ad poenam: ut cum inquiritur aduersus quempiam ad priuatum eius officio vel beneficio: aut ad infligendum aliā poenam positi uam. Aut fieri potest non ad poenam, sed ad euitandum errorem, aut damnum aliquod: ut cum inquiruntur merita personae, ne assumatur indignus ad dignitatem: aut, cum inquiritur, sit ne aliquod impedimentum contrahendi matrimonij. Atque adeo, inquisitio specialis qua intenditur poena, ortu habet semper ab aliqua denunciatione canonica, quae fit, vel à priuata persona, vel

i. Cōclu. à publico officiali: nempe à fiscali, aut à syndico. ¶ His prehabitis respondetur ad quæstionem, quatuor conclusionibus. Prima. Inquisitio specialis qua intenditur poena delinquētis fieri nequit, nisi infamia & clamorosa insinuatione præcedēti. Conclusionis receptissima est omnibus, tam theologis quam iuris & triusque peritis: sane quia expressè habet in decretis omnibus citatis in contrariū quæstionis. Explicatur conclusio. Quamuis quispiam denunciet prælato crimen subditi, & sint duo aut plures testes iurati cōscij criminis, prælatus (nisi tanq; actor accusauerit) nec punire potest poena publica, nec procedere ad inquisitionem, nisi infamia præcesserit, aut clamorosa insinuatio. Verba sunt expressa dicti capituli Inquisitionis. Et intelligitur, quod non potest eum punire, nisi post fraternalē admonitionem rebellis extiterit: nam tunc, quia non audit Ecclesiā, puniri potest: ut diximus quæstio. 4. ¶ Et probat Papa conclusionem in cap. Qualiter & quoniam testimonij diuinis & triusq; testamenti. Primo ex illo Luc. 16. vbi habetur, quod postquam villicus diffamatus est apud dominum de iniqua villicatione, tunc dominus vocavit eum, & interrogauit, quid est hoc quod audio de te? redde ratione villicationis tuę. Et secundum ex illo Gen. 18. Clamor Sodomorū & Gomorræorū multiplicatus est: descendat & videbo utrum clamore, qui venit ad me, operem cōpleuerint. Ex quibus locis colligitur, quod nisi precedentem infamiam aut clamorosa insinuatione, non est ius procedendi via inquisitionis, Quod potest confirmari ex illo Gen. 4. de Chain. Vox sanguinis

Dubii. 1. fratristui Abel clamat ad me de terra. ¶ Sed insinuat se circa hanc cōclusionem dubia nonnulla. Primū quo iure nita hęc cōclusio. Apparet. non repugnare iuri & ratione naturali. Nā ppter argumenta ante questionē obiecta arguitur sic. Officiū & cura platorū est non dissimulare peccata quod norūt: de qua negligētia reprehenditur

hendit Heli sacerdos. i. Re. 2. quod refert Innocētius. Licet Heli. De simonia: sed duo aut tres testes satis sunt ad cōuicēdū & puniēdū reū: quia ut est Deu. 17. & Matth. 18. in ore duorum vel triū stat omne verbum: ergo quomodo cōq; iudex cognoscat crimen per duos aut tres testes: licet nulla processerit infamia: potest & debet reū punire. ¶ Respondeat, fundamentum huius cōclusionis hoc esse, quod nemine iudex punire potest, nisi ad petitionem partis: puta, accusatoris, vel vicē gerentis accusatoris. Et ratio est, ut egregie docet S. Tho. 2. 2. q. 63. ar. 3. quod iudex (inquit Aristoteles. Ethic.) est interpres & custos iustitiae: ad quem configūt qui iniuriā patiuntur tanq; ad iustitiam quādam animatam: iustitia vero, quia est aequalitas, non est nisi inter duos: quapropter, iudex non constituit iustitiam, nisi inter duos, quorum alter sit actor, alter vero respondeat: inter quos iudex sit ut medium, in neutrā partē inclinās. Vnde & Getibus lumine naturali lex erat, nemine sine accusatore punire: quā Festus ille cōmemorat Act. 25. Non enim est (inquit) cōfusatio Romanis dānare aliquem hominem, priusquam quis qui accusatur presentes habeat accusatores: locumque defendendi accipiat ad abluēda crimina, quae ei obiciuntur. Et Ambrosius super illud. i. Cor. 5. de incestuoso. Iudicis (inquit) non est, sine accusatore dānare quenquam: quia & Dominus Iudicium, cum fur esset, sciebat: sed quia non est accusatus, minime abiecit. Atqui, Deus ipse, cui omnia patent, non castigat sine accusante, saltē conscientia peccatoris: secundum illud. Rom. 2. Testimonium illis reddente conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiā defendantibus: in die cū iudicabit Deus occulta hominum. Quinimmo, in finali iudicio stabūt quodammodo accusatores publici, ut innuitur Matt. 12. Viri Niniuitæ surgēt in iudicio cū gñatione ista, & cōdēnabūt eā. Est ergo lex celebratissima, ut, cessante accusatore, nullus subeat poena legis. Vnde Felix Papa. Si legitimus (inquit) non fuerit accusator, non fatigetur accusatus. Extra De accusa. cap. i. Et l. Rescripto. ff. De mune. & hono. Si quis accusatorē non habet, ab honorib; prohiberi non debet: quemadmodum non debet is cuius accusator defitterit. Quā legē insinuauit redēptor noster Iesus Christus. 8. Nemo tecū dēnauit mulier? Nec ego te condēno. Satis enim pacatus & trāquillus est status publicus, si publica & notoria peccata non dissimulent, & petentibus vindictā, resarciantur iniuria.

Quare,

Quare iudices nō debent, tanq; hostes, occulta peccata p̄ter ius in publicū traducere: sed, vt patres, ex charitate corripere, aut dissimulatione p̄terire. Quocircā, quādo quis sine actiōe & accusatione denūciat crīmē (quia tūc mer⁹ denūciator nō est accusator, nec est pars aduersa) non pōt iudex denūciatū punire: sed solū, vt suprā dixim⁹, fraternaliter admonere, vt caueat ī futurū: aliās idē esset accusator & iudex: quod iure strictissimē cohibēt. 4.q.4.c.2.& cap. Multi.2.q.1. ¶ At verò p̄ter propriū accusatore, sunt multa quę præ se ferunt vicē accusatoris. Primō, quando crīmen est in perniciem publicam, sola denūciatio valet pro accusatiōe. Nam in tali casu quilibet habet ius accusandi, vt diximus quāst. proxima. Sed in criminib⁹ priuatis, quando sunt notoria, tunc euidentia ipsa facti valet, p̄ accusatore: vt habetur cap. Evidēntia. extrā. De accus. At verò in occultis, quando proceditur per denunciationē fraternal, tunc ante rebellionē, quia nulla est accusatio, non potest esse punitio: quando verò denūciatus non audit Ecclesiā, rebellio est pro accusatore. Quādo verò proceditur via inq̄sitionis, infamia aut indicia fungunt officio accusatoris: vt habef in dicto cap. Qualiter & quādo. Ecce fundamentū & rationē cōclusionis: qua iudex sine iufamia, via inquisitionis neminē dānare pōt. Et de hoc reprehēdi⁹ Heli, q̄ filios nō correxisset, cū essent publicē diffamati: quod eius verbis cōstat loco citato. Quare facitis res huiuscmodi, quas ego audio, res pessimas, ab oīni populo? nō. n. est bona fama, quā ego audio. ¶ Nec solū id verū est, q̄ nemo via inquisitionis sine infamia condēnari pōt, sed & hoc p̄terea, q̄ quāq; sit infamia, & inquisit⁹ cōuincatur, nō debet dānari tota poena legis, ac si esset accusat⁹. Quod expressē habetur in dicto cap. Inquisitiōis. vbi legit, q̄ si crīmē de quo quis inquiritur sit tale, quod impedit ordinis executionē aut retentionē beneficij: vt homicidiū, aut simonia: tunc priuādus est & cōdemnandus reus, ac si procederetur via accusationis: Alioqui, secundū p̄sonæ (inqt) merita & qualitatē excessus, pōenā poterit iudicatis discretio moderari. Sed adhuc citra hēc crīmina, poterit via inquisitiōis cōuict⁹ priuari officio platurē: vt habef in dicto. c. Qualiter & qñ. & faciliū si sit temporale & regulare in religio- Dubiū. 2. nib⁹. ¶ Sed oriſ dubiū alterū ex solutione huius prioris videlicet,

cet, an cōclusio posita sit de iure naturali aut diuino: adeò vt ecclēsia nō possit in illa dispēsare. Videſ. n. esse de iure naturę: nā iustitia suapte natura est æqualitas inter duos: iter quos iudex debet æqualitatē cōstituere: ergo contra naturā iustitię est, vt iudex sine actore cōdēnaret reū: & p̄ cōsequens, q̄ sine infamia procederet ad inquisitionē. Et secundō videtur cōclusio de iure diuino: postq; papa corroborat illā testimonijs diuinis. ¶ Respondet primō conclusionē esse de iure humano: vt patet in capitulis citatis. Secundō cōclusio est valde conformis iuri & rationi naturali. Sed tertio dicimus, illā nō esse p̄prię de iure diuino positiuo: q̄a nullū est tale p̄ceptū in sacra scriptura, vt nemo sine infamia via inquisitionis damnetur. Et illa testimonia citata solū explicant factū diuinū cōformiter ad rationē naturalē. Et quartō dicimus, q̄ nō est de iure nature: saltē nō est de gñē illorū, q̄ sunt immutabilia: qualia sunt p̄cepta Decalogi: quę dicit. S. Tho. nullaten⁹ esse dispēsabilia. Ex quibus colligim⁹, q̄ papa in Ecclesia, & princeps in foro suo pro magna & rōnabili causa possent dispēsare in tali lege. V.g. Si essent frequētissimi criminosi & scelerosi hoīes, à q̄bus Respublica grauiter pturbaret, posset fieri lex, vt quotiescūq; fuerint duo aut tres testes infligere p̄œna legis: vel qñ crīmē esset grauissimum, vt statim cōclusione tertia euidētiūs fiet: nā illa rō, scilicet q̄ iudex debet constituere iustitiā inter duos, explicat id qd' plurimū fieri debet: sed rōnabilis causa pōt facere, vt testimoniū duorū vel triū valeat pro accusatore: sicut euidētia facti. Nihilominū nemini p̄latorū aut iudicū licet agere cōtra tenorē conclusionis, nisi in casib⁹ exp̄ssè exceptis à lege: de qb⁹ statim videbim⁹. Nā solus papavel princeps posset mutare hāc legē. ¶ Tertiū dubiū est, q̄ 3.Dub. nā infamia sufficiat ad p̄cedēdū via inq̄sitionis: vtrū sit destinatus certus numer⁹ testiū, q̄ sufficiat facere infamia: nā sunt nō nulli canonistę q̄ in dicto cap. Inquisitiōis. censeāt denariū numerū esse necessariū ad faciēdā infamia. ¶ Ad hoc nihilominus r̄ndetur, q̄ quāq; fama, si accipiat, p̄ bona fama secūdū ius, sit illeſae dignitatis stat⁹, morib⁹ & legib⁹ cōprobat⁹. ff. De var. & extraor. cogni. l. Cognitionū: tñ quātū attinet ad p̄positū vt notat Bartho. ff. De q̄stioni. l. De minore. §. Tormēta. fama est cōis opinio voce manifestata ex suspicioe pueniēs: q̄, si sit de malo, dicitur

M E M B R I S E C V N D I .

dicitur infamia. Vnde, ad rationē infamiae, quantū ad qualitatem testiū, exigit p̄ sit opinio bonorū. Vnde in capitulo. Qua liter & quādo. habetur, q̄ infamia non debet procedere à male uolis & maledicis: sed à prouidis & honestis: nō semel tantum, sed s̄epe. Sed quātum ad numerum testium nihil in iure definitum est: nā in cap. Inquisitionis. solū habetur, q̄ propter dicta paucorum nō debet quis reputari infamatus: nisi opinio eius apud bonos & graues læsa existat. Quare, iudicium sufficiens infamiae, sumendum est ad arbitrium boni viri, quando iam opinio dicitur esse communis. Sed putant aliqui, q̄ numerus denarius sicut sufficit facere populum, ita sufficit facere opinionem cōmūnem. Nihilominus illa non est regula certa: sed regula est (vt dicit glossa in dicto cap. Inquisitionis) q̄ rumor sit sparsus per maiorem partem viciniæ: aut per maiorem partem collegij, aut vniuersitatis in qua quis commoratur, vt notat Bartho. loco citato. Hostiēsis distinguit inter clamorosam insinuationē & infamia: q̄ clamorosa insinuatio sit inter paucos, & infamia inter multos. Sed existimo nullam esse differentiam, sed vtrāq; esse inter multos, vt censuit illic Innocētius. Nec requiritur ad infamia, q̄ sint testes oēs oculati: sed satis est q̄ audierint à fide dignis: vel habuerint indicia & coniecturas sufficienes. Infamia tamē ex auditu, licet sufficit ad inquirendū: nō tñ ad condemnandū. sed quādo nō inueniūtur legitimi testes, tūc infamatus tenetur se cōpurgare, vt habetur in dicto cap. Inquisitionis. Atqui, maior infamia requiritur in maioribus criminibus, quā in minorib⁹. Et, vt habetur in dicto cap. Qualiter & qñ. multo maior infamia requiri, ad inquirendū aduersus prelatos & magistratus, quā aduersus personas priuatas. Nam prelati positi sunt quasi signū ad sagittā: & frequēter odiū multorum incurunt. Imo habet illuc, q̄ aduersus prelatos nō est inquirendū, nisi quādo infamia est tāta, vt sine scandalo tolerari non possint. Sed est prēterea adnotandū, q̄ vbi sunt manifesta indica, non est necessaria alia infamia: nā indicia æquipollēt infamiae. Vnde. S. Thomas. 2.2. quēstioe. 69. articulo secūdo. triapo nit sub disiunctiōe, sufficiētia ad interrogandum iuridicē reū aut testem: scilicet, infamia, aut indica, aut semiprobationem. Et semiprobatio est vnuſ testis omni exceptione maior.

¶Quod

Q V A E S T I O . VI .

Fo. 53.

¶Quod si quis arguat cōtra tertium membrum. In cap. Inquisitionis, vt dictum est, cauetur, vt, quanquām sint duo aut plures testes iurati, non condemnetur aut inquiratur reus, nisi ad sit infamia: ergo semiprobatio sola non sufficit. Respōdetur, q̄ semiprobatio sufficit ad interrogandum reum vel testem, quādo p̄ceditur via accusationis. Quādo enim quis accusat & adducit vnum testem, tunc, licet ille non sufficiat ad condemnandum reum, sufficit tamen ad interrogandum alios testes, & reū ipsum. Et idem est ybi denūciatio habet vim accusationis: vt in criminē hæresis, & alijs quæ sunt in perniciē publicam. Sed vbi proceditur per nudam denunciationē & inquisitionē, non sufficit semiprobatio: nisi adsint vel infamia, vel indicia manifesta. ¶ Sed ad maiorem evidentiā conclusionis mouetur dubium quartum. An quando crimē est notorium, sed persona q̄ Dubiū. 4 crimen admisit est secreta, ius habeat iudices inquirendi malefactorem. v.g. Inuentū est cadauer occisi hominis iacens in via, an liceat interrogare vicinos, quisnam hominem occiderit. ¶ Et ad partē affirmatiā arguitur primō authoritate S. Thomi, qui (vt refert prēter alias Caie. 2.2. q. 69. ar. 2.) dū esset baccalauri⁹ Parisiis, & in cōuentu accidisset flagitium quoddam, cōsultus, liceret ne inquirere occultum malefactorem, respondit licitum esse, & expedire. ¶ Et confirmatur. Quia, vt suprā diximus, evidentiā patrati sceleris locū habet accusatoris: sed quando factū est notoriū, iam est evidentiā patrati sceleris: ergo tunc sine alia infamia potest procedi via inquisitionis: quēadmodū si procederetur via accusationis. ¶ Et secundō arguitur ex consuetudine: nam vbiq; crimen est notorium, solent iudices procedere ad inquisitionem malefactoris. Et videtur rationabilis cōsuetudo: alias cēserentur dissimulare iudicia, & correctiones criminum: vnde populus scandalū acciperet, si iudices in tali casu nō sollicitè disquirerent delinquentes. ¶ Nihilominus respondeatur, q̄ hoc quod apud aliquos est dubiū, certē nullā habet obscuritatē, si semel intelligatur statuta conclusio. Nam canones illi citati: scilicet, q̄ sine infamia non procedatur via inquisitionis, hoc in manifeste prætēdūt, q̄ quamuis crimen sit notoriū, si peccator sit adeo occult⁹, vt nulla sint indica, nec infamia personæ, non procedatur ad inquisitionē eiusmodi occulti peccatoris.

toris. Verba sunt in dicto cap. Cùm oporteat. Nisi super prædictam famam ipsius (scilicet personæ) læsam esse noueritis, vos ad inquisitionem nō subitò procedatis. Et in capit. Inquisitionis. habetur, nullū esse, pro crimine super quo aliqua nō laborat in famia puniēdū. Et in dicto. c. Qualiter & qñ. Si sup excessibus suis qsq̄ fuerit infamāt⁹, tūc pcedēdū est ad inqſitionē. Et testi monia ipsa diuina testant̄, requiri infamā psonę ad inqſitionē: scilicet: Clamor Sodomorū multiplicatus est: & in Euāgeliō de villico: Quid est hoc qd' audio de te? Est ergo in iure definita conclusio, q̄ quanq̄ crimen sit notorium, nisi sit infamia persoñæ, non procedatur ad inquisitionē. Vnde dimanat aliud ius, vt statim videbimus, videlicet, q̄ confessus crimen non interrogetur de socio: quia quāq̄ iam tunc crimen est notum, tamē socius est occultus. ¶ Et secūdō probatur ratione. Canones illi & iura, q̄ sine infamia non procedatur ad inquisitionem, fundantur in illo Euāgeliō Matth. 7. Nolite iudicare: vbi secundū Augustinum cohibemur iudicare temerē de occultis peccatis: sed quanq̄ crimen est notorium, si non sit infamia, aut indicia persoñæ, tunc temerē quis iudicaret quisnā fecerit: ergo hoc non licet inquirere. ¶ Ad hoc respondēt nonnulli, non esse licitum interrogare in particulari, vtrūm Petrus occiderit: nā talis interrogatio non potest fieri sine suspicione: & iniuriam irrogat, qui sine coniecturis malē suspicatur de proximo. Sed dicunt, q̄ licitum est tunc in genere: & interrogare sub iurainēto quisnā ppetrauit hoc crimen. Sed certē hæc distinctio nō satisfacit. Nā si qui interrogatur in genere, tenetur respōdere in particulari, eadem ferē iniuria est interrogare an Petrus fecerit, & interrogare quis fecerit. ¶ Et tertio arguitur particulariter contra hanc solutionem. Si, dum crimen est notorium, licet in genere inquirere malefactorē, sequeretur, q̄ si inter alios fortè interrogaretur, ipse malefactor teneretur confiteri proprium crimen: nam certē si illa interrogatio esset iuridica, sicut testes, tūc tenebrentur respondere quis fecerit, ita & reus ipse: sed consequens nullus cōcederet: videlicet, q̄ aliquis teneretur confiteri crimen propriū, de quo nō est infamātus, nec sunt manifesta indicia. Habetur ergo sensus conclusionis, q̄ quanuis crimen sit notorium, non licet inquirere peccatorem sine infamia: exceptis ta-

men

men nōnullis casibus: vt in criminē lēse maiestatis, & alijs quos adnotauimus in tertia conclusione. Adiecerim tamen huic responsioni, q̄ quādō criminē est notorium: & patrator occultus, fortè liceret in genere inquirere: non quidem quis patrauerit, sed ingrere aliqua indicia. V.g. possent tunc interrogari testes, an sciant qua hora occisus est homo, quibus armis: si forsitan ex illis testimonijs sumant̄ indicia sufficientia occisoris: & tūc habitis indicij, poterit descendī ad inquisitionem persoñæ. Hoc dixerim sub dubio, alij iudicent, sit ne verum nec ne. ¶ Vnde, ad autoritatem. S. Thomæ in contrarium respondeatur, q̄ si verum est tūc iuuēnem ita sensisse, tamen (vt fertur) non fuit tūc eius sententia probata magistris. Quare in Summa sentētiā mutauit. 2.2. quæst. 69. artic. secundo. ¶ Ad confirmationem respondeatur, q̄ tunc euidētia patrati sceleris valet pro accusatore, quando non solum crimen, sed patrator criminis notoriū est. Et ille est sensus verborum Augustini in cap. Evidētia. De accusationibus. ¶ Ad consuetudinem, quæ videtur in contrariū inoleuisse, dicemus in fine tertiae conclusionis. ¶ Quintū dubiū 5. Dub. est, vtrum è conuerso quando persona diffamāta est & conuicta de vno crimen, possit iure interrogari de alijs criminibus occultis. Est enim opinio Petri de Pal. affirmatiua in. 4. dist. 19. quæst. 4. Et fundamentū eius est: quia ratio (inquit) qua nō licet iudicare de occultis, nō est, ppter ea q̄ criminē sit occultū, sed ppter ea, q̄ psona sit occulta: ergo, quādō iā psona est diffamāta de vno crimen, licitū est de alijs interrogare. Et peccator interrogatus de occultis criminib⁹ teneat cōfiteri veritatē. Imo ad dit, q̄ nō solū de se, sed de socijs: qñ sunt alij diffamāti de eodē criminē, teneat rñdere, si interroget de alijs criminibus sociorū. ¶ Caietanus loco citato oppositam sententiā tenet: cui censeo omnino subscribēdum esse. Nam expressè in canonibus citatis De accus. Habetur, q̄ nō solum requiritur infamia persoñæ ad inquisitionē, sed q̄ nō potest fieri inquisitio, nisi de illo criminē, de quo quis est infamātus. Legitur em in cap. Cū oporteat. Discretioni vestræ mandamus, q̄ nisi super prædictis famam ipsius læsam esse noueritis, vos ad inquisitionē illorum non subitò procedatis. Et in cap. Inquisitionis. legitur. Rñdemus, nullū esse, p̄ criminē sup quo aliqua nō laborat infamia puniēdū.

Et

Et S. Thom. 2.2. q. 70. ar. 1. dicit, q̄ si exigatur ab aliquo testimonio de occultis peccatis, de quibus infamia nō pr̄cessit, non tenetur ad testificandum. Requiritur ergo infamia persona & de delicto, vt iuste fiat inquisitio. ¶ Et hoc confirmatur ratione. Nam, quāq; quis sit diffamatus de adulterio, potest habere bonam famā in materia furti: & idēo iniuria fieret illi, si interroga retur de furto: aliās sequeretur, q̄ quicūq; infamatus de vno crīmine licet interrogaretur de quibuscunq; criminibus mundi: quod tamen nullus concedet. At verò duobus modis licet convictum de vno crīmine, interrogare de alio. Primo, quādo vnu est sufficiēs indicium aut infamia alterius: vt si quis infamatus esset & conuictus de adulterio, & de consuetudine cū muliere, & postea inuenitur necatus maritus adulteræ in camera eius, iure posset tunc adulteri interrogari de homicidio. Et si quis esset conuictus de homicidio, & cadauer inueniretur spoliatū, posset interrogari de spolio. Et secundò quando nō potest cognosci perfectè vnum crimen, sine cognitione alterius, tanquā circumstantiæ prioris vt cum quis conuictus est de consuetudine cum puella, iure interrogari potest, an ipsam deflorauerit: & cōuictus de furto Ecclesiastico, iure potest interrogari an fregerit Dubium fores Ecclesiae: quia istæ sunt nouæ circumstantiæ. ¶ Sextum & ultimū. postremum dubium est, vtrum iure conuictus de crīmine, iure possit interrogari de socijs occultis, qui nulla laborant infamia: nam consuetudo ferè est vbiq; omnes malefactores interrogare de socijs. ¶ Dubium hoc satis definitum est vtrūq; iure ad partem negatiuam: puta iure canonico, capi. Cum monasteriū. De confessis: & cap. Veniens. De testibus. & 5. q. 3. cap. Nemini. & iure ciuili. C. De accus. cap. finali: in quibus expresse cauetur, ne cōfessi super aliorū conscientijs interrogentur: crīmen læsæ maiestatis excepto. Quæ quidem iura cōfirmant illud, quod dictum est in decisione quarti dubij: videlicet, q̄ quanq; crīmen sit notoriū, nō sit iustum occultos criminosos inquirere. Et eadem ratione deciditur vtrūq; dubium. Nā certè quāuis Petrus conuictus fuerit de crīmine, nullum ius est ipsum interrogare de socijs occultis. Imò fit illis iniuria: & est contra canones citatos, in titulo De accus. illos inquirere, nisi præcedēt infamia. Imò est contra legem Euangelicam qua prohibemur

de

de occultis temere iudicare. Et eadem est sententia Caietani in quinta respōsiōe, quæ est de hoc dubio ad fratrē Cherubinum de Florentia. ¶ Sed nunquid sunt aliqui casus, in quibus ius sit inquirere occultū aliquem peccatorē, absq; infamia aut clamorosa insinuatiōe antecedēti? ¶ De hoc sit secūda conclusio. Inquisitio ḡnalis iure fieri potest absq; pr̄euia infamia, aut acto realiō, aut denunciatore. Probatur, quia illa non fit ad petitionem partis, sed ex mero officio iudicis. Tenet em tam pr̄lati Ecclesiastici, q̄ seculares magistratus, statis tēporibus visita re prouinciam, diocesim, aut cōuentū, ad explorandos subditorum mores: vt iubetur prouidenter iure canonico capi. I. De offi. or. & cap. Cum olin. De accu. & cap. Romana. De cens. libro. 6. & iure cæsareo. l. Congruit. ff. De officio pr̄sidis. ¶ At, Dub. dubium suboritur hic. Quia videtur hæc cōclusio repugnare priori. Enim uero, si pr̄latus neminē punire potest via inquisitionis, nec specialiter aduersus quempiam inquirere, sine infamia reclamante, quid nā prodest inquisitio generalis. ¶ Respō detur, q̄ quāuis pr̄latus in inquisitione generali, specialiter inquirere nō potest aduersus personam singularē, sine accusatore aut infamia, nihilomin⁹ vltissima est id genus inquisitio. Debet enim primū omnīū pr̄latus generaliter indicere, vt quicunq;, seruato ordine iuris, denūciet quicquid nouerit correctione dignum, tacendo illa quæ sunt occulta: vt habetur capi. Qualiter & quando. el primo. De accus. Et tunc subditi animaduertat, an crīmina quæ nouerint sint prorsus emēdata, ita vt nullum superfit amplius periculū. Et hæc nullatenus tenentur denunciare, nisi adsit accusator, aut nisi præcedente infamia interrogentur vt testes. Si verò crīmen non est prorsus emendatum, tunc denunciandum est eo ordine, qui expositus est quæstione quarta: vt videlicet, si sit in perniciē publicā, aut in præiudicium tertij, aut si sit periculum in mora, statim canonice denunciatur: si autem sit priuatum, tunc pr̄euia admonitione secreta fraternaliter denunciatur: si sit spes emendæ: nam aliās nō est necessaria denunciatio. ¶ Itaq; (vt vno verbo dicamus) pr̄latus in inquisitione generali, solum potest compellere subditos ad denunciandum crīmina, in illis casibus, & eo ordine, quo ipsi tenerentur extra visitationem: pr̄ter q̄q; extra visitationem

H

tionem possent forsan differre tempus denūciandi, sed in visita
tione tenentur statim denunciare ad iussum prælati. ¶ Tertia
3. cōclu. cōclusio. Inquisitio etiā specialis pōt fieri, absq; infamia & cla-
morosa insinuatione præcedente, & absq; indicijs delinquētis,
in quibusdā casibus, qui excipiūtur à prima cōclusiōe, quos vi-
dere est apud Bartho. ff. Ad. l. Iul. De Adul. l. 2. post glossam. §.
Si publico. & sup Extraug. Ad reprimēdū. & p doctores cano-
nistas in dictis capitulis Inquisitiōis: & Qualiter & quādo: qui
tamen casus digni sunt vt examinent. ¶ Primus est, quando in
inquisitione nō intendit cōdēnatio aut poena inquisiti, sed eu-
tatio erroris aut damni: vt cum inquirūtur merita personę, an-
teq; assumatur ad dignitatem. Nā illam tenetur facere prælatus
ex debito officij, nè eligatur aut cōsirmetur indignus: vt habe-
tur capi. Cū in multis. & cap. Cum dilectus. extra De elec. Aut
cum inquiritur impedimentū matrimonij: nè scilicet aliqui cō-
trahāt in gradu prohibito: capi. fi. Decland. despōns. ¶ Secun-
dus casus est, quādo quis publicē confessus est crimen propriū
extra ordinēiuris. Nā propria cōfessio abunde suppetit pro in-
famia. Hic tamē casus intelligēdus est fano modo: vt puta cum
quis in publico corā multis crimē propriū cōfiteſt. Nā ppter ea
q; quis secreto corā vno aut duob⁹: imo etiā corā prælato, lapsu
linguae aut alio mō, sponte diceret se cōmisiſſe aliquod crimen:
aut si prælatus aperiret literas subditi, in quib⁹ subditus ipe affe-
raret aliquod crimē admisiſſe, nō esset certe ius inquirēdi iudi-
cialiter, sed solū fraternaliter corrigendi: nisi forsan crimen ad-
uersus bonū publicū vergeret. ¶ Tertiū casum excipiūt, quādo
iudex pcedit ex mero officio, aut ad denūciatiōē publici offi-
cialis. Sed tñ ego nō video, quod ampli⁹ priuilegiū habet denū-
ciatio publici officialis, q; denūciatio priuate psonę, saltē quātū
ad hoc. Nec Barthol⁹ dicit aliud, q; q; potest fieri inquisitio ad
denūciatiōē publici officialis: quod pbat p. l. Ea quidē. C. de
accus. vbi solū habet, q; ea q; per officiū publicū denūciantur, ci-
tra solēnitatē accusatiōis cognoscāt: vbi sermo est, vt dicit glo-
sa, de criminib⁹ notorijs. Colligam⁹ ergo, q; quādo denūciatio
publici officialis est de crimine pnicioso Reipublicę aut de cri-
mine notorio, tūc, q; a denūciatio, vt supra diximus, valet pro ac-
cusatiōe, potest sine infamia fieri inquisitio. Sed tamē si crimē
est

est priuatū, nec est in præiudicium tertij, illud nō incumbit of-
ficiali denunciare: & quanq; denunciet, non potest fieri inquisi-
tio absq; infamia vel indicijs: quemadmodum si denūciatio fie-
ret ab alia persona priuata. ¶ Quartus casus excipitur propter
incidentem cognitionem: vt si iudex inquirendo vnum crimē
detegit aliud, tunc potest inquirere de illo. Hoc tamē cum gra-
tio salis intelligatur, vt adnotauim⁹ in quinto dubio circa pri-
mam cōclusionem. Si enīr quis inquiritur de cōcubinatu, de
quo laborat infamia: & incidenter cognoverit iudex cōcubinā
esse monialē aut consanguineam, tunc potest inquirere de illa
circumstantia: quia aggrauat concubinatum. Et eodem modo,
vbi cunq; peccata habent talē cōexionē, q; vnū est iudiciū al-
teri⁹, aut vnū nō potest pfecte cognosci sine alio. Si tamē crimi-
na sunt omnino disparata, tunc incidēs cognitio occulti crimi-
nis, nō dat ius inquirendi. Vt si ille qui inquiritur de cōcubina-
tu inueniat occultus homicida, non potest de homicidio fieri
inquisitio, absq; infamia aut indicijs. ¶ Quintus casus est quē
ponit Bartholus in tertia sua regula: videlicet, quando iudex
aut prælatus in inquisitione generali cōperit aliquem deliquis-
se, potest tūc ad specialē inquisitionem descendere. Sed tamen,
nec ipse explicat hoc licere absq; infamia, vel indicijs: nec ego ita
credo. Imo quāuis in inquisitione generali comperiatur delin-
quēs quispiā, & delictū probari possit, & nō sit in perniciē pu-
blicā, nec in præiudicium tertij, nō potest de illo fieri inquisitio
specialis, nec potest puniri, nisi solū fraternaliter. Posset tamē,
si ille flagitosus esset prælatus, priuari officio regulari, propter
periculū regiminis. Et certe si tūc fieret inquisitio sine infamia,
esset cōtra. c. Inquisitionis. & Qualiter & quādo. ¶ Sext⁹ casus
est propter atrocitatē criminis: vt patet in primis, in crimine
laſae maiestatis: de quo specialiter habetur in Extraugā. Ad
reprimendum. vt de plano: quod est citra solennitatem iuris,
procedatur ad inquirēdum qui tale crimen commisit. Quare,
absq; infamia & manifestis indicijs, si q; s occulē occidisset, aut
percusisset principē, posset inquiri quicunq; esset suspectus de
tali crimine. Et addit⁹ hac ratione à iuris consultis, quando faci-
nus esset admissum aduersus ep̄m, aut aliā psonā hui⁹ ordinis,
aut q; modocūq; esset crimē atrocissimū. Quod forsan est verū.

H 2 Nam

Nam vt suprà diximus, non est adeò de iure naturæ requisita infamia & indicia ad inquisitionē, quominus possit in hoc disp̄sari ob rationabilem causam. ¶ Et postremò dicunt inquisitionē specialem fieri posse, absq; infamia & indicijs, quādo crimen cōmissum esset in iudicio aut in conspectu iudicis. Et afferrunt exempla de calumpniatore, de falso teste, de iniquo tute. Et credo hoc verum esse, non propter atrocitatē criminis, vt illi putant, sed propterea, quia huiusmodi crimina sunt in præiudiciū tertij. Nam conclusio prima, videlicet, q̄ absq; infamia non potest fieri inquisitio, intelligitur de criminib⁹ priuatis, q̄ nō sunt in præiudicium tertij. Crimina enim publica, aut quæ sunt in præiudiciū tertij, quomodo cunq; cognoscantur, inquenda sunt & coercenda: si sunt in fieri, & damnum pendet in futurū. Vnde si iudex comperit, q̄ reus accusatus est per calumniā, sine alia infamia, potest inquirere cōtra calumpniatorem & punire: vt habetur. C. De calum. l. i. Et idem, si comperiat falsum testimoniū: vt iubetur. l. Nullū. C. De testib⁹: aut si comperiat quempia falsam scripturam finxisse: vt. l. penultima. C. De probationibus: aut si cōperiat tutorem infideliter gerere rem pupilli. l. Tutorem. De his quibus vt indig. Et idem in vniuersum obseruādum est, in criminibus quæ sunt in præiudiciū tertij. ¶ Per hæc facile soluitur vltimum dubium huius quæstionis, vtrū conuictus de proprio crimine, iure possit interrogari de socijs occultis, qui nulla laborat infamia: nā cōsuetudo ferè est vbiq; quoſcūq; malefactores interrogare de socijs. Ad dubiū 4. Cōclu. respōdetur quarta & postrema conclusione. Nullus conuictus de proprio crimine debet interrogari de occultis socijs, quorū nulla est infamia, aut indicia manifesta. Cōclusio hæc in primis corollariē sequitur ex prima cōclusione, quatenus exposita est in quarto dubio: vbi diximus, q̄ quamvis crimē sit notoriū nō est ius inquirēdi specialiter aduersus quēq; nisi sit de illo infamia aut indicia. Vnde colligitur, q̄ quamvis crimē sit notoriū per confessionem huius malefactoris, nullum est ius inquirēdi alios occultos socios. Secūdō conclusio expressè determinata est vtroq; iure: puta iure canonico. c. Cūm monasterium. De confess. & cap. Veniens. extrā De testib⁹. &. 15. q. 3. cap. Nemini: & iure ciuili. C. De accusa. l. fina. &. ff. De quæstio. l. Repeti. in quibus

quibus locis expresse cauetur, nē cōfessi super aliorum cōscientijs interrogentur, crimen læsæ maiestatis excepto. Et inter theologos eadem est sentētia Caietani in opusculis resp. 5. quæ est de hoc dubio ad fratrem Cherubinum de Florentia. ¶ Sed excipiuntur ab hac cōclusione aliqui casus: quos notat Bartholus super dictam. l. Repeti. Est primum omnium in consuetudine, interrogare omnes latrones & fures de socijs. Et fundant iū reconsulti hāc cōsuetudinem in. l. Prouinciarum. C. De ferijs. Illic tamē nō habetur expressè, q̄ latrones interrogentur de socijs: sed q̄ eorum occulta consilia per tormenta conquerantur. Et est sermo specialis de quodam generē latronū Hisaurorum. Sed. l. Diuus Adrianus. ff. De custodia reorū. habetur q̄ latrones interrogentur de socijs. Et idem colligitur ex. l. 4. ff. Ad. l. Iuliam peculatus. §. Mandatis. Item, falsarij monetæ, puta, qui monetam adulterant aut falsam cudunt, interrogari debent de socijs: quod iubetur. C. De falsa moneta. l. i. Vnde Bartholus in dicta. l. Repeti. fingit hāc distinctionem. Quādo sunt delicta q̄ nō committuntur principaliter in odium alterius: sed propter commodum committētum: qualia (inquit) sunt latrociniū & adulteratio monetæ, tunc conuicti interrogandi sunt de socijs: quādo verò sunt crimina, quæ committuntur in odium alterius: vt est homicidiū, tunc conuictus non debet interrogari de socio. Et ratio est (vt ait) q̄ quādo flagitium commissum est in odium & iniuriam aliorum, tunc illi ad quos crimē spectat. poterūt accusare socios: & ideo non est necessaria inquisitio illorum: sed quando crimina non committūtur in iniuriam alterius, tunc, quia non est qui accuset, conuenit alios socios interrogare de alijs. Sed certè hæc ratio non videtur satissimacere. Primo, quia fallit (vt ipse fatetur illic) nam aliquando occisores interrogandi sunt, de illo qui præcepit homicidium: vt constat. l. Prius. ff. Ad senatuscōsultum Syllanianum. Et secundò, quia licet crimen non sit in iniuriā alterius priuatæ personæ, dum tamē sit in perniciem publicam: vt latrociniū, & adulteratio monetæ, quicunq; habet ius denunciandi & accusandi, vt suprà dictum est. Et ideo propter defectum accusatoris nō esset necessarium inquirere de socijs. Alia ergo via rationādum est hic. Nā conclusio hæc quartafundamentū habet in prima. Enim uero

H 3 quia

quia nō licet occultos malefactores absq; infamia & indicij inquirere, fit vt non liceat cōuictum de manifesto crimen interrogare de occultis socijs. Quocircā idem casus qui excipiuntur à prima : excipiuntur ab hac conclusione. Prinò excipitur casus, quādo crimen est in perniciem publicam, sicut est hærefis, & proditio: tunc enim, vt suprà diximus, quia simplex denūcatio valet pro accusatiōe, absq; alia infamia vel indicij possunt inquiri occulti peccatores: atq; adeò, socij interrogari de socijs. Idem patet in crimen læsæ maiestatis: vt patet. I. Quisquis. in fine. C. Ad legē Iuliam maiestatis. & expresse in extrauag. Ad re princiendum. Idem liceret propter grauem atrocitatem criminis, vt dicebamus circa tertiam conclusionem. Et quia adulteratio monetæ & latrocinium, sunt peccata in Rēpublicam, propterea licet conuictos interrogare de socijs & defautoribus, & receptoribus &c. At verò latrocinium non designat quodcumq; furtum priuatum: nam latrones soli dicuntur qui obsident vias, & qui ex animo conspirauerunt deprēdari quoscūq; possent. & ideò quicunq; capiatur, iure interrogatur de socijs, ad obuiandum malo publico: atq; adeò, hi soli sunt qui non gaudent priuilegio Ecclesiarum: vt habetur De immo. Eccl. capit. Inter alia. Imò quamuis non interrogaretur, admonendus esset à confessore vt proderet socios: & ille tenetur prodere: saltem dum malum adhuc pendet in futurum: secūs, si iam socij essent prorsus emendati: nam nullus tenetur criminatos emendatos sua sponte prodere, nisi iuridice compulsus. Imò verò quamvis periculum non immineat Reipublicæ, sed priuatæ personæ, posset conuictus interrogari de socijs: vt si multi conspirauerunt occidere Petrum, & vnuſ capit, iure interrogatur, an sint alij animati ad tale homicidium: nam quod non liceat occultos peccatores inquirere absq; infamia, semper intelligitur de crimen iam præterito, quod inquiritur punitionis gratia: secūs si inquiratur ad evitandum futurum damnum. ¶ Citra hos casus non licet à conuicto inquirere socios, nisi sint indicia, aut infamia illorum. Et ita intelligenda est dicta lex Prius. ff. Ad se natuſ consultum Syllanianum. vbi habetur, quod postquam inuentus est occisor, inquiratur quo mandate homicidium fecerit: videlicet si fuerint indicia aliū id mandasse, vt dicit gloſſa.

¶ A D

¶ A D primum argumentum principale respondetur, vt suprà diximus, q̄ Deo sunt manifesta occultissima peccata, sicut homini illa q̄ sunt notoria: ob idq; sicut potest illa statim punire, potuit, pro rationabili causa, dispensare in lege: vt videlicet, occulta peccata absque infamia præcedente inquirerentur: quia hæc lex non est oīnō indispensabilis, vt suprà diximus. Et ita dispensauit, vt sortibus disquireretur Achæan anathema: qui occultè peccauerat: primò quia populus ille duræ ceruicis, terroribus arcendus erat à flagitijs: atq; adeò expediebat, vt saltē in re grauissima, qualis erat illa diuina prohibitio, nè de execratis spolijs gētium quicq; caperent, etiam occulta crimina reuelarentur, quādo Deus ipse in genere insinuasset crimen: sicut legitur illic: Surge, cur iaces? Peccauit Israel, & præuaricatus est pactum meum. ¶ Pari ratione respondetur ad legem de adultera Num. 5. Deus enim, tum ad cohibendam libidinem mulierum, tum etiam ad vitanda homicidia, quæ propter zelotypiā possent multa accidere, indulxit maritis sacrificiū illud zelotypiæ ad disquirendum adulteram. Et fortè (quantum conijcio) nō licebat facere illam disquisitionem, nisi esset infamia adulterij, aut indicia manifesta. At uero iam modò non est licitum per huiusmodi sortes veritatē inquirere, sed solū per testes humana fide: quia sortes illæ erant iudicia, & ideo iam cessarūt. Vnde Stephanus. 5. cap. Consulisti. 2. q. 4. prohibet vulgares illas quas vocant probationes: Nam ferri (inquit) cādantis, vel aquæ feruentis examinatione cōfessionem extorqueri à quolibet, sacri non cēsent canones. In veteri enim lege sortibus illis & sacrificijs (quia à Deo instituta erāt) diuinum expectabat iudicium: sed iam modò indicis superstitionis, non expectaretur nisi iudicium dēmonis: & esset tentare Deum: vt docet sanctus Thomas. 2. 2. q. 95. art. 8. ¶ Secundum argumentum principale quod factū est ex cap. Quidā maligni. certè est difficile & multos malè torquet in hac materia: nā Gregorius illic videtur excommunicare occultū peccatorem, nisi se prodiderit: qui tamen nulla laborabat infamia. Quod vide repugnare doctrinæ huius quætionis, & illi authoritati Chrysostomi sup̄ epistolā ad Hebræos: quæ citatur capit. Quis aliquando. De pœnit. d. i. vbi ait occulto peccatori. Nō tibi dico vt te prodas, sed reuela

H 4 ante

ante Deum viam tuam. Imò profectò illud videtur pugnare cum iure naturali. ¶ Glossa illius capituli multis modis respondeat: Primò, q̄ forsan p̄cesserat admonitio secreta ante illā excommunicationem. Sed hoc non satisfacit. Nam, illa admonitio nō potuit esse nisi in generali, cū peccator esset omnino occultus: & ideo ille admonitus, cū nulla esset infamia nec indica, non tenebatur se prodere. Secundò, paulò inferius respōdet glossator, q̄ cū crimen esset publicum, licet persona esset occulta, potuit, propter atrocitatem criminis, excommunicari ille, nisi se proderet. Et hēc solutio rationabilior est, sed non est sufficiens. Primò, quia non erat tanta atrocitas criminis diffamare priuatū hominem, vt propter illud esset inquirendus occultus peccator, sicut in crimine læsæ maiestatis. Et secundò, quanq̄ licet inquirere alia via, tamen statim excommunicare occultū peccatorem nisi se proderet, erat nimis rigidum. ¶ Dominus Caietanus. 2.2.q.69.arti.2.respondens ad illud capitulum, dicit tria, licet alio ordine: Primum, q̄ sicut potest ferri excommunicatione pro crimine anteq̄ fiat: vt pro percussione clericorū &c. ita post factum potest excōmunicari quicunq; fecerit. Secundò dicit, q̄ Papa potuit absolute, & sine aliqua conditione excommunicare, illum peccatorem occultum propter prēteritum crimen: sed nihilominus ex sua benignitate apposuit cōditionē: nisi se reuelaret. Itaq; excommunicatio (inquit Caietanus) nō fertur illic super illam conditionalem: nisi se reuelauerit: ita vt excommunicetur propter inobedientiā futuram, si non se reuelauerit, sed excommunicatur propter peccatum prēteritū: quia infamauit proximū. Tertiò addit, q̄ Papa nō potuit prēcipere absolute vt se reuelaret: nec ille tenebat̄ obedire: q̄a hoc (inquit) excedit formā humani iudicij. Et addit, q̄ doctores op̄positum sentientes sunt nimis timidi. ¶ Nihilominus (bona via dixerim doctoris grauissimi) aliter, ni fallor, censendum est de illo capi. Primum enim fundamentum Caietani est falsum: videlicet, q̄ sicut potest ferri excommunicatio pro crimine futuro, ita potest ferri pro crimine prēterito. Nam, vt receptissimum est apud omnes, nullus potest excommunicari nisi propter inobedientiā: iuxta illud Matt. 18. Si Ecclesiā nō audierit, sit tibi sicut ethicus. Vnde colligitur probatissimus canon,

vt

vt nullus excommunicetur absque praevia monitione: vt habeatur cap. Sacro. & cap. Per tuas. extrā De senten. excommunicationis. Quando verò ius prohibet peccatum futurum, prohibitiō ipsa valet pro admonitiōe, & ideo iure tunc apponitur excommunicatione: sed propter crimen prēteritum, quia nulla p̄cessit admonitio, non potest quis excommunicari, cū nulla illic fuerit inobedientia. Quare Gregorius non excommunicavit illum occultum diffamatorem propter crimē prēteritum, nec potuit: sed excommunicare eum potuit nisi se proderet. ¶ Et argumenta in contrarium facile soluuntur, ex his quae diximus in decisione quæstionis. Diximus enim, q̄ peccatum cuius non p̄cessit infamia vel indicia, nō potest inquiri, si oīnō fit prēteritum, punitionis gratia. Quando tamen adhuc pendet in futurum, certè potest inquiri, vt euitetur peccatum & damnum. Et quia ille qui occulte posuerat libellum diffamatorium, tenebatur restituere famam diffamato: & id facere nō poterat, nisi aut probaret quod dixerat, aut in publico se retractaret, iuste Papa prēcipere potuit vt exiret in publicum, sub poena excōmunicationis: quod nimis ipse iniussus tenebatur facere. ¶ Et confirmatur solutio ex cap. Si sacerdos. De offi. ordi. vbi habetur, q̄ si qui damnum dedit fit occultus: & qui dānū accepit petat iustitiam, debet delinquens excōmunicari in genere, sed non nominatim. Sed est notandum, quod quanquam potuit Gregorius prēcipere illi occulto peccatori, vt in publicum exiret sub poena excommunicationis, mitiūs tamen egit cum illo. Non em̄ prēcepit vt exiret, sed, nisi exiret in publicū, abstinenter à sacramento Eucharistiae: quod pfectō ipse tenebatur facere: nam erat in peccato, postq; tenebatur restituere famam: atq; adeo tenebatur abstinere ab Eucharistia. Itaq; excōmunicatio in hoc fertur illic: si repererit Eucharistiam, anteq̄ restituat famam. Quare, ille textus nullatenus militat aduersus nostram primā conclusionem. ¶ Ex quo sequitur, quod si ille occultus peccator, qui libellum infamatorium in publico posuerat, potuisset restituere famam nō se manifestādo, aut, per tertiam personā secretō potuisset aliter satisfacere diffamato, non tenebatur exire in publicum, nec abstinere à sacramento Eucharistiae: quia præceptum eo tēdebat, vt ille restitueret.

¶ Cluxta

MEMBRI SECUNDI.

Cluxta formam horum capitulorum: scilicet, Quidam maligni. s. q. i. Et si sacerdos. De officio ord. solēt officiales excōmunicare in genere eos, qui occulte iniuriā irrogarūt, aut dederūt damnū: puta, eos qui occulte furtū fecerunt, aut fuste, aut gladio percusserunt. Et nescio profectò an plus nimio extendant iam modò hanc potestatem. Nam, quamuis id iure liceat, deberet tamen fieri in primis quando damna, aut iniuriæ grauissima sunt: vt putā pro bonis Ecclesiæ. Et deinde deberet admoneri in literis excommunicatorijs, quòd excommunicatio solum fertur vt restitutio fiat dāni & iniuriæ: aliās multi decipiuntur, putantes quòd tenentur manifestare huiusmodi malefactores, vt puniantur: cùm tamen solum teneantur malefactores restituere, & scientes admonere illos vt restituant. Quod si noluerint, tūc debent manifestare illis qui possint prodesse & nō obesse: vt habetur in capitulo. Hoc videtur. 22. quæst. 5. nam inquirere punitionis gratia non possunt, nisi illos qui laborat infamia aut indicij. **A**d tertium principale responsum est in conclusione secunda: videlicet, excommunicationem generali fieri posse, absque aliqua infamia præcedente. **E**t tandem ad postremā confirmationem respondetur, quòd quamuis prælati debet vigilare, nec sub dissimulatione præterire errata subditorum, tamen vias habent iure perscriptas cognoscendi crimina, quas nefas est transilire. Quare, licet peccata cognoverint, si non sint aduersus bonum publicum, nec sit accusator, nec infamia, nec indicia, eatenūs ius habet, vt solum fraternaliter corripiant.

Q V A E S T I O S E P T I M A.



T R V M quicunque iure interrogatur de secreto, iure teneatur veritatem fateri. **A**d partem negatiuam arguitur primò. Seruare secretum, vt suprà diximus, est officium fidei: & reuelare est vitium infidelitatis: secundūm prouerbii assumptū: Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui au-

tem

Q V A E S T I O VII.

Fol. 60.

tem fidelis est cælat amici commissum: sed virtus, nulli reputat virtuti: ergo virtus obedientiæ nulla ratione compellit se creta reuelare. **E**t confirmatur. Virtus religionis (cuius actus est iuramentum seruare) maior est, quam virtus obedientiæ: sed sæpe vñsu venit, vt quis sub iuramento promittat fidem secreti: ergo tunc saltem, nullo modo licebit illud reuelare.

Secundo arguitur. Iugum domini suave est, & præcepta eius leuia: vt redemptor ipse noster testa Matthei. xj. sed sunt casus plurimi, in quibus grauissimum esset hominem obligare ad reuelandum secretū: vt si ab aliquo exigeretur testimoniu, de crimine capitali, aduersus patrem suum, aut aduersus filiū aut vxorem: & maximè si reus ipse interrogaretur aduersus proprium caput: ergo tunc apparent neminem iure constringi secretum propalare: vnde Chrysostomus super epistolam ad Hebræos (quæ glossa citatur De poeniten. distinct. i. capitul. Quis aliquando) Non tibi (inquit) dico, vt te prodas: sed reue-la ante Deum viam tuam: vbi innuit neminem teneri reuelare crimen suum, nisi in sacramento confessionis. Et cōfirmatur. Nemini licet sese occidere: & per consequens, nec teneatur quis actiue concurrere ad sui homicidium: sed qui confitetur iudici crimen suum, sine cuius confessione iure reus occidi nequit, videtur agere aduersus seipsum: ergo in tali casu nemo tenetur veritatem confiteri. **T**ertiò arguitur. Si non reuelare crimen occultum esset peccatum, quando quis iure interrogatur, eo esset quod omne mendacium esset peccatum: sed potest quis citra mendacium veritatem cælare: quia, vt exponit Augustinus in quæstion. super Genesim, Abraham dicens de vxore: Soror mea est: voluit veritatem cælari, non mendacium dici: ergo non reuelare crimen, fieri potest absq; peccato. **E**t confirmatur. Si cælare secretum in iudicio esset peccatum, sequeretur id semper esse mortale: quia versatur in re graui: sed consequens est falsum: ergo & antecedens. Probatur Minor. Quia sæpe mendacium illud in iudicio non est perniciosum, nec contra charitatem: sed solum officiosum: vt quoties quis negat crimē, vt seruet se aut amicum à periculo mortis. Et præterea secundum iura, licet reo in causa sanguinis corrumpere accusatōrē aut colludere cū illo,

illo, ut scilicet tergiuersetur, aut abscondat veritatem: ergo, à fortiori, si quis neget crīmē propriū, nō peccabit mortaliter. ¶ Sed in cōtrarium est, quia confessio criminis in iudicio sēp̄fime est necessaria ad bonū publicū: ergo id est in præcepto. Quod præsertim cōfirmat ex illo Iosue. 7. vbi Iosue inquirens cōfessionem Acham ait. Fili mi da gloriā domino Deo Israel & confitere: atq; indica mihi quid feceris, nē abscondas.

LN H A C postrema quēstionē huius secūdi mem bri, operē pretium est in summa colligere casus vni uersos, in quibus quisq; aut tenet, aut ius habet se creta reuelare. Hoc enim pōt cōtingere, aut in iudicio, aut extra iudicium. Extra iudicium, vt diximus membro primo, quēstio. tertia, primō tenetur quis de iustitia propriū crimen reuelare, quando per iniuriam abstulit famam alterius: vt si quis falsum dixit testimonium aduersus proximum, tenetur se retractare. Item ex charitate tenetur quis crimen alienum reuelare, quando est in præiudicium proximi: vt si non possum auertere à perpetrādo homicidio, illum qui animatus est occidere: aut nō possum latroni persuadere vt restituat magnum futurum, teneor ex charitate, si possum sine detrimēto meo, reuelare illi qui iniuriā patitur, aut illi q̄ potest prodesse, & non obesse: & à fortiori, si peccatum vergit in malum publicū. Et præterea ius & arbitrium habet quicunq;, reuelandi propriū secretum amico, ad capiendum consilium vel solatiū. Et propter amicitiam, vt diximus, si amicus falsō diffamaretur de crimine quod ego commisi, liceret mihi forte me prodere, vt amicum purgarem infamia: atq; adeò alijs forte modis id licet, vt suprā insinuauim⁹. ¶ Sed in iudicio quatuor sunt personæ, quæ tenentur crima occulta quandoq; reuelare: scilicet actōr, iudex, testis, & reus. Et de actōre satis dictum est quem adinodum quis teneatur: aut ordine correctionis fraternæ: aut per viā accusationis: aut judicialis, aut canonice denunciatio- nis, crima denunciare. Iudici verō & prælato absq; accusato- re, aut infamia, aut indicij, nullatenus licet crima manife- stare: vt suprā determinauimus ex cap. Si tantum episcopus. 6. quēstione. 2. & capit. Si sacerdos De offic. ordin. & ex alijs si- milibus. Postquā verō iudex legitime cognouerit crimen, de- bet

bet reum in publico cōdemnare: nisi forsitan denunciatus fuerit via correctionis fraternæ, & sit emēdari paratus. ¶ Supereft ergo vt dicamus de teste, & reo. De quibus respondeat ad quēstio 1. Cōclu- nem quatuor conclusionibus. Prima est generalis. Quicunque legitimè & secundū iura interrogatur, tenetur quā scit veritatē palāti cōfiteri: siue testis is fuerit, siue re⁹. Cōclusio est S. Tho. 2.2. quātū ad reum. q. 69. ar. 1. & q̄tum ad testem. q. 76. ar. 1. & fa- cilē probatur. Nā inter partes iustitiae potissima est obediētia: quippè quæ pertinet ad iustitiam legalem: obedientia verō est, parēre maioribus, quoties quid iuste præcipiunt: ergo eodē iu- re quo prælatus interrogat veritatem, subditus astringitur illā confiteri. ¶ Et confir. Bellum non potest esse iustum ex vtraq; parte: ita vt quis iuste alterum petat, & se iuste alter defendat: nisi forsitan, ex ignorātia, aut alter falso putaret ius habere petē- di, aut alter se defendendi, vbi ius nō habent: ergo si subdito cō- stat iudicē via & lege interrogate, respondere tenetur veritatē. ¶ Et secundō principaliter id probatur ex fine. Bonum publi- cū pacificè cōseruari non posset, nisi crima punirent: id tamē fieri neq; ret, nisi iudex & testiū testimonio & cōfessione reicau- sam cognosceret: ergo tam testis q̄ reus tenetur, si modō legitimè interrogatur, veritatem confiteri. ¶ Et postremō id maxi- mē cōfirmat de reo, vbi maior apparet difficultas. Lex est san- ctissima, vt nemo criminali sentētia anteq; sit cōfessus condēne- tur, nisi aut notorietate facti, aut testimonij luce clariorib⁹ pos- sit conuinci: quod si per legitima testimonia nō confessus con- demnetur, tamen non est ei denegāda appellatio, nec infligēda pœna, quoadusq; crimen confiteatur, vt cauetur. l. Observare. C. Quorū appell. nō recip. Sed illa lex perniciosa esset, nec pos- set seruari, si reus legitimè interrogatus, eādē lege non cōstrin- geretur veritatem confiteri: ergo quicunq; legitimè interroga- tur, iure tenetur veritatem respondere. ¶ Secunda conclusio. 2. Cōclu- . Tam negare q̄ celare veritatē in iudicio, ex genere suo est pec- catum mortale, licet fiat sine iuramento. Probatur, quia, vt di- cit S. Tho. 2.2. q. 69. art. 1. in sol. ad. 3. illud peccatum est cōtra iu- stitiam, & in re magni momenti: & per consequētē est cōtra cha- ritatem: quia negans veritatē in iudicio, siue reus sit, siue testis, sape iniuriam facit actōri (vt puta qñ proceditur per viam ac- cusationis)

cusationis) qui, cùm iustè petat vindictā, iniustè diffamātur de calumnia, per negationē accusati: & semper facit iniuriam bono communī, atq; adeò iudici, qui ius habet inquirendi veritatem: imò iniuriam facit Deo, cuius est iudicium: nam omnis potestas à dño Deo est, & qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit Roma. 12. ¶ Et secundò probatur conclusio. Negantes veritatē in iudicio, quandoq; tormentis austerrissimis iustè petūtur: quod nunq; liceret, nisi mortale esset & graue veritatem cōlare. Grauius tamen est negare q; cōlare: quia cōlare non dicit mendacium, sed solam omissionem respōdēdi, quod quis tenetur. Et multò grauius esset, si negatio veritatis fieret cum iuramento: accumulatur em̄ tūc circūstātia peccati contra virtutem religionis. ¶ At verò, quia dictū est mendacium in iudicio esse mortale ex genere, dubium est, an rōne leuitatis materiae possit esse in individuo veniale. ¶ Domin⁹ Caietanus. 2.2. q. 69. art. 1. dicit, q; omne mendacium, q;q sit in materia leuissima, nempē quod extra iudicium, esset veniale, in iudicio tamen est mortale: siue sit in foro sacramentalis cōfessionis, siue in foro exterio ri. v.g. Si quis in secreto cōfessionis interrogatus, an dixerit verbum otiosum, falsò id neget, peccat mortaliter. Et idem censet, si iudex in iudicio exteriori interroget de quocunq; leui. Ratio Caietani est, quia tanta est obligatio dicendae veritatis in iudicio, vt quāvis materia sit de se leuissima, tamē in iudicio efficiatur grauis. Itaq; concludit Caietanus, q; quemadmodū per iuriū non solum ex genere, sed in quacunq; materia q;tūcunq; leuissima, est semper mortale, ita mendacium in iudicio, licet sit sine iuramento. ¶ Sed re vera (vt bona venia dixerim) & ratio Caietani leuissima est, & opinio eius nullā habet probabilitatem. Imò credo, q; mendacium in iudicio potest esse veniale propter leuitatē materiae, si fiat sine iuramento. Et primò, Caietanus est contra sanctum Thomam: qui, quamuis in illa solutione ad tertium absolutē dicat, q; mendaciū in iudicio est peccatum contracharitatem, tamen inferiū. q. 70. ar. 4. exponit se dicens, q; est mortale ex genere: vbi subinde insinuat, q; in individuo potest esse veniale. ¶ Et arguitur ratione contra Caietanum. In materia fidei & charitatis & religionis potest cōtingere veniale peccatum, ex leuitate materiae: ergo pari ratione, iniuria

ria in iudicio & in sacramēto potest esse venialis. Probatur antecedēs. Nam furari obolum in Ecclesia est solum peccatum veniale: & leuissimē percutere clericum. Imò, in materia fidei potest esse tam leuissimum verbū, vt esset venialis hæresis: ergo cōtaminatio iudicij & sacramēti per mendacium, si leuissimū sit, esset venialis. ¶ Et secundò arguitur. Peccatum ex genere mortale dupliciter fit veniale: aut ex defectu plenē deliberationis: aut ex leuitate materiae: sed potest esse peccatum veniale in iudicio ex defectu plenē deliberationis: vt si subito & absq; consensu cogitet quis mentiri in iudicio & in confessione: ergo eadem ratione potest esse veniale ex leuitate materiae. ¶ Et tertio arguitur. Quia si quodcūq; mendacium in iudicio est mortale, tūc etiam tacere rem leuissimam, quā quis tenetur fateri, esset mortale: nam proinde est tacere, & negare quod quis teneat cōfiteri. ¶ Et quartò arguitur. Si quodcunq; mendacium subdit in iudicio & in confessione est mortale, eadem ratione, quicunq; defectus iudicis & confessoris esset mortalitatis: quia pari ratione tenentur iudices fideliter tractare iudicia, qua subdit: consequens tamen nullus concederet. ¶ Et postremò peculiariter arguitur, q; negare peccata venialia in sacramento non fit peccatum mortale: quia illa, nō sunt de necessitate cōfessiōis: & ideo si sacerdos interroget illa pœnitens nō teneat respondere: atq; adeò si respondens mētiatur, non peccat mortaliter, magis quā extra sacramentum. Nec facit satis responsio Caietani: videlicet, q; quanq; pœnitēs non teneatur respondere, tenetur tamen, si respōdet, dicere veritatem sub peccato mortali. Fundatur enim Caietanus in hoc, q; sit iniuria grauis sacramēto: & tamē argumentum probat, q; postq; pœnitens nō necessariō subditur cōfessori in materia venialium, nō est mortalitatis iniuria mentiri in illa materia. ¶ Vnde ad argumentū Caie. cōcedit, q; grauius est mētiiri, etiā citra periuriū, in iudicio, q; extra: & grauius in sacramēto, q; in iudicio exteriori: respectuē: scilicet, q; veniale est grauius, & mortale grauius: nō tñ ita vt in vniuersum mendacium quod est veniale extra iudicium, fiat mortale in iudicio: nisi sit in materia principalis, aut in his quæ possunt facere indicia, aut conjecturas pertinentes ad rem: vt si homicida legitimē interrogatur vbi erat tali hora, an talis gladius sit suus, tenetur sub

sub mortali dicere veritatem, quēadmodum si interrogaretur de homicidio ipso de quo est diffamatus: quia illæ sunt cōiectu ræ homicidij. ¶ Ad aliud de perjurio, concedimus omne perjurium esse mortale, in re quātūcūq; leuissima: quod propriè cōuenit huic vitio, eò q̄ impietas perjurij stat in hoc, q̄ De⁹ addu citur in testē falsi: & est falsitas in re leuissima, sicut in re graui: 3. cōclu. & ideo tā iure falsum iurās me non leuasse festucam (si leuau) quā iurans me non occidisse hominē, quem tñ occidi. ¶ Ex his sequi tertia cōclusio. Si cōfessor nouerit, eū à quo iustè & legi timè petif testimoniū, nolle cōfiteri veritatē, nō potest eum ab soluere, anteq; dicat testimoniū, etiā si testimoniū sit aduersus proprium caput: vt si homicida aut latro est in vinculis, & flagrat infamia, aut sunt indicia manifesta, aut semiprobatio (si p ceditur via accusatiōis) id est, vñus testis omni acceptione mai or: & petitur ab illo cōfessio, nō potest absolui anteq; veritatē palam cōfiteatur. Et à foſtiori si sit testis, cuius testimonium requiritur aduersus alium. Probatur: quia perseuerās in peccato nullatenus absouēdus est: sed legitimè interrogatus, non respō dens secūdum formā interrogationis est in peccato: quia impli cat contradictionē, q̄ quis sciat se iuridicē interrogari, & tamē q̄ non teneatur respondere: ergo huiusmodi homo nō est ab soluendus. At vero cauendum est illis: ne imprudenter reuelēt crimina. sed si reus noluerit parēre iudici, non absoluant, & ta ceāt: eò vel maximē, q̄ iudices vtunq; illa cautela, vt fingāt se vel le occidere inconfessos, ea ratione, vt patefaciant delicta. ¶ At vero quia res est præcipui momēti, cauendum est cōfessoribus ne sint præcipites: id præsertim in causa mortis: aut vbi agit de honore & fama. Primò, vt interrogatus teneatur respōdere, requiritur, q̄ interrogans sit verus & legitimus eius iudex. Vnde qui aliquo priuilegio exēpti sunt: vt puta si clericus interrogetur de criminē à iudice sacerulari: aut si reus p̄ iniuriā extractus sit ab Ecclesia, quāuis esset infamia, adessentq; alia iura interro gādi, iustē potest veritatem, citra mendacium cēlare: & quam uis neget, mendacium nō est nisi officiosum & veniale, nisi inter fit iuramentum. Et præterea, esto, interrogetur à vero iudice, re quiritur vt circūstēt merita quæ suprā statuta sunt: nempe, si processus fiat per correctionē fraternam requiritur q̄ reus pri

us

us admonitus à prelato sit rebellis, & sit aliustestis salem præ ter denunciātē: aliās prelatus non potest tanq; iudex eū interrogare. Si vero procedatur via accusatiōis, requiritur semiprobatio aut manifesta indicia. Quod si procedatur via denuncia tionis canonice & inquisitionis, requiritur, q̄ præcesserit infamia, quæ nō à discolis, sed à fide dignis emanauerit: & p̄terea, q̄ infamia sit iuridicē probata, saltē per duos testes iurantes se audiuisse à pluribus personis fide dignis: vt doctores adnotat Decretorū cap. Inquisitionis. & cap. Qualiter & quādo. De accus. atq; adeò, vt probē notauit dominus Caie.2.2.q.69.ar.2. an teq; reus teneatur respōdere, requiritur, vt ei cōstet iudicem iustē & legitimē interrogare. Cuius ratio præsto est: nam quēad modum nemo tenetur legi, ante eius promulgationem, ita nul lus tenetur parēre, nisi cōstet eum qui iubet esse prælatū, & iustē præcipere. Et quāquam vbi nullū est periculum in prestanta obedientia, non exigendū est à prelato, vt ostendat se iustē præcipere, tamē vbi agitur de periculo subditi, non tenetur ad uersus se respondere: imò nec testis aduersus alium in re graui, anteq; illi iuridicē cōstiterit iudicem iure præcipere. In quo uti nam nō sit abusus iudicium, qui miseros homines compellunt crimina confiteri, anteq; eis notum faciant ius quod habent interrogādi. Et addiderim ego q̄ in re dubia, an videlicē iudex iustē inquirat nēc ne, declinandū est in fauorem rei, maximē in causa mortis: quia peius esset in tali casu occidere hominē, quā nō parēre iudici: & iura, potissimū in causa capititis, permul tum fauent reis: de quo ampliū in membro tertio. q.2. ¶ Hæc autem dicta sint, quādo crimen non est eorum quæ vergūt in perniciē publicā: in quibus, vt suprā dictum est, nō requiri tur tāta solēntas iuris ad interrogandum, aut reum aut testes, quanta in criminibus priuatis: vt legibus optimē sancitū est: nē p̄e, de de criminē lēse maiestatis in Extraug. Ad reprimendū: & de hæresi cap. fin. De hær. lib.6. vbi habetur, q̄ in inquisitiōe horum criminū procēdi possit simpliciter, & de plano & absq; aduocatorum & iudiciorum strepitū & figura. Et subiungitur illic, q̄ nomina testium & accusatoris non teneātur inquiuitores manifestare hæreticis, quando testibus imminet periculum ab hæreticis: vt pote si essent personæ potentes. Vnde, à con trario

trario sensu colligitur, q̄ quādo nō imminet periculum aut adest alia iusta causa, debet manifestari nomina testium accusatis, antequam interrogentur de positionibus. ¶ Ex his colligatur hoc commendandum corollarium, q̄ quāuis in principio litis & à reo & ab auctore exigitur iuramentum calumniæ, vt habeat in Auten. Vt litigantes iurent. & C. de iure iur. propter calum. I. Cum & iudicis. & extra De iur. calum. cap. I. & vna pars iuramenti sit, q̄ interrogatus nō negavit, q̄ verum esse credit: tamē si postea accusatus interrogetur de aliquo prēter ius, nō tenetur respondere, nec quanquā neget est periurus. V.g. Iuramentum calumniæ exigitur sub clausulis generalib⁹: puta, q̄ iūrās credit se habere bonam causam, q̄ interrogatus non negabit, quod verū esse credit &c. Et ideo nihil periculi est, si exigatur statim in principio, ante publicationē testium. Sed si postea vi-
gore illius iuramenti interrogetur reus in particulari, de aliquo oc-
culto criminis, de quo nō est infamia nec indicia, quanq̄ cælet,
non peccat: nec quamvis falso neget, facit contra iuramentum,
sed est simplex mēdaciū officiosum, & veniale. Probatur: quia
iurans se nō negaturum veritatem intelligebat de veritate quæ
interrogaretur legitimè & iuridicè: & quamvis ip̄e nō intellige-
ret, tamē iura id interpretantur. Aliud esset si iuramentum exi-
geretur in particulari: puta, an occidisti Petrum: nam tūc, quā-
quā exigeretur contra ius, peccaret mortaliter qui iurasset tūc fal-
sō: q̄a nulla tūc potest fingi interpretatio, quæ excusasset à per-
iurio. ¶ Vnde rursus subsequitur, q̄ quāuis in principio posset
exigiri ab accusato iuramenti caluniæ, ante publicationē testiū &
meritorū causæ, tamē de positionibus in particulari nō potest in-
terrogari, anteq̄ illi constet quo iure interrogari. ¶ Sed oriūtur
Dub. I. hic egregia dubia tā circa reū, q̄ circa testes. Primū dubium est
nō dissimulandū: vtrū quādo fit inquisitio de crimen leſæ ma-
iestatis authæresis, vbi nō requiri tāta solēnitas ad inquirēdū,
teneat reus occultus q̄ non laborat infamia nec indicijs, si fortè
interrogatur, confiteri propriū criminē. Exempli gratia. Est noto-
riū criminē leſæ maiestatis, aut hæresis: vt puta, quia p̄ducte sunt
in compitis ciuitatis cōclusiones hæreticæ: sed nullus est in to-
ta vrbe q̄ infamia labore de illo facinore, nihilomin⁹ fit inqui-
sitio p̄ vrbē (quā diligētissime fieri cōdecet) interrogant̄ ciues,

an

an sciāt quisnā sit in culpa: & fortè inter alios interrogatur ipse
patrator sceleris, an teneat cōfiteri se fecisse, cū nulla laboret in-
famia. Aut fortè edicto publico & generali iubet, vt quicūq; sci-
uerit aliquod crimen illud denunciet: an teneat reus denūciare
se. ¶ Et ad partē affirmatiā est argumentum: nam certissimū
est, vt enūciauimus cōclusione prima, q̄ in quocūq; casu iudex
iustè interroget, subdit⁹ teneat respōdere: sed in tali casu iudex
propter evidentiā & atrocitatē criminis, iustè interroget absq;
speciali infamia: ergo & reus cōstringitur respōdere. ¶ Et cōfir-
matur quia testes tenētur respōdere: imò iniussi tenētur denun-
ciare: ergo reus pari ratione, saltē interrogatus teneat se prodere.
¶ Et confir. secundò, quia, vt diximus quæst. proxima, eiden-
tia facti valet pro accusatore: sed si ille esset accusatus teneretur
respondere: ergo. ¶ In cōtrariū est, quia iugū Dñi suave est: res
tū esset grauissima obligare quēpiam, vt absq; aliqua infamia
vel indicijs se, p̄dat: imò hoc videtur contra ius naturæ: nam id
perinde esset, atq; obligare aliquē vt se occideret: quare S. Tho.
2.2.q.69.ar.2.vniuersaliter dicit, q̄ reus nō teneat respondere sine
infamia, aut indicijs: aut semiprobatione. ¶ Respondeat ergo vt
diximus quæstione præcedenti, q̄ quātuncunq; sint crimina
huiusmodi aduersus Remp. nihilominus nō potest reus inter-
rogari sine aliquibus indicijs aut infamia, aut coniecturis quæ
ipsum propriē insinuēt: licet forsan nō requirant tam manife-
sta, q̄ in criminibus priuatis. Sed tamen possunt interrogari te-
stes: imò edicto publico posset indici, vt quicūq; sciētes denun-
cient: nā ipsi iniussi id tenēt denunciare. Et ita intelligūtur iu-
ra citata, quē dicūt sine strepitū iudiciorū licere inquirere. Nec
est par ratio de teste & de reo: nā testis ad obuiandū malo pu-
blico, de quo semp̄ p̄sumitur periculū in futurū, tenēt denū
ciare: sed reus, quia p̄t cessare à malo futuro & scire nullū ex
parte sua sup̄esse periculū, non tenet illa ratione se, p̄dere. In
quo casu nō absurdē potest intelligi illud Chrysost. quod cita-
tū est in secundo argumēto. Non tibi dico vt te in publicū pro-
das. ¶ Vnde ad formam argumenti respondeat, q̄ iudex iustè
interrogat, tanquam testes, sed non tanquam reos: & ideo testes
tenentur denūciare alios, sed reus nō teneat prodere se: imò iu-
stè potest cælare criminē dicendo se nescire, quis fecit: quia nescit

I 2 vt

vt dicat, vt infrā dicem⁹: & si dicat sine iuramēto se nō fecisse, solum erit peccatū officiosum & veniale. ¶ Et p̄ hoc r̄nđef ad primā confirmationē: nā secūda nō est ad propositū: tunc n. euidentia nō indiget accusatore, qñ scelus est notoriū & patrator sceleris.

Dubii. 2. Alterū dubiū est, si falso procedat aduersūs innocentē, & interrogat de aliq̄ qd' verē fecit: quod tñ esset sufficiēs indiciū, vt cōuincere de criminē quod non fecit, vtrū teneat fateri veritatē: v.g. latrones occidērunt hominem in via, gladio fortē innocentis homis, qui tunc illac trāsibat. Innocēs ille accusatur posteā cū falsis testibus de homicidio, & interrogat de illo. Verē negat. Sed rursus interrogat an tali hora trāsīuit illac, & an gladi⁹ qui in uētus est in cadauere sit suus? Vtrū teneat confiteri. Videtur q̄ sic. Nā iudex iustē & legitimē interrogat, postq̄ procedit secundūm allegata & probata. ¶ Respondetur, q̄ nō teneat cōfiteri, si periculum subiret, vt propter illā cōfessionē condēnaretur de homicidio: nā iudex non interrogat legitimē, nisi quia procedit ex falsa præsumptione: & ideo subditus nullā facit iniuriā cælādo: & si negaret sine iuramento, solū esset mēdaciū officium & veniale. ¶ Eodē modo si innocēs falso accusatur de adulterio, & ad illū finē interrogatur an intrauerit tali nocte, nō teneat respōdere: nisi forsitan manifestē se possit cōpurgare. ¶ Sed

Dubii. 3. de testibus est tertiu dubiū, vtrū testis aliquā anteq̄ sit vocatus, teneatur sua sponte offerre se ad dicendū testimoniū, an nō teneatur, quēadmodum reus nūq; vltro tenetur se prodere. ¶ **Diuus Tho. 2.2. q. 70. ar. 1.** hac vtitur distinctione. Aut testimoniū requirit, i. petitur & exigitur authoritate iudicis: & tunc nō est dubiū (quod in nostra prima cōclusiōe assertū est) quin teneat testis semper dicere testimoniū, si legitimē interrogatur: puta de his quorū est infamia: Nam de occultissimis (inquit) nullus tenetur testimoniū dicere. Si verō testis nō petitur, nec vocatur à iudice habēte authoritatē: tūc aut testimoniū est necessarium ad liberādū innocentē ab iniusta morte, infamia, aut alio dāno temporali: & tunc tenetur testis iniussus se offerre ad testimonium dicendum: iuxta illud Psal. Eripite pauperē & egenum, de manu peccatoris liberate. Et insinuat peccatū esse mortale, si quis in tali casu nō se offerret ad seruandū innocentem: nam dicit in virtute id esse, cōsentire in malum innocētis. Siverō te-

stimo-

stimonium sit necessarium, solum ad puniēdum reum: tūc nūl lū tenetur se offerre in testem, nisi accersitus à iudice: quāq; reus sit legitimē accusatus. Et addit. S. Thomas, q̄ testis nō tenetur obuiare malo, quod incurrit accusans si deficiat in p̄batione. ¶ Veruntamen dubium est circa primum membrum, **Dub.** vtrum si quis timeat se vocandū esse in testem aduersūs patrē, vel aduersūs amicum, possit se abscondere. ¶ Respondetur, q̄ si testimonium illius nō est simpliciter necessariū: quia possunt facilē inueniri alij testes: tunc non censem̄ grauis iniuria, si se abscondat. Si tamen eius testimonium sit simpliciter necessarium, tunc licet non teneatur se offerre, tenetur tamen nō se abscondere per fraudem: maximē si testimoniū est necessarium, in favorem tertiae personæ quæ laesa est. Quod vel inde cōstat, quia si q̄s haberet instrumentū quo inscripta est hereditas, vel aliud quodcunq; ius tertiae personæ, & per fraudem illud cælaret, aut se abscondet, nē compelleretur exhibere, profecto peccaret cōtra iustitiam, & teneretur ad restitutionem: ergo pari ratione, peccaret qui se absconderet nē diceret testimonium necessarium alteri. Si verō solū ageretur de pœna aut punitione patris vel amici, nō video quod esset peccatum, saltem mortale, si se absconderet testis: dummodò damna restituerētur. Vocatus tamen semper tenetur comparere. ¶ Sed maius dubiū est circa **Dub.** secundūm membrum: vbi ait. S. Tho. q̄ quicūq; tenetur, etiam non vocatus, se offerre ad dicendū testimoniū, vt liberet proximū ab iniusto dāno, sub peccato mortali. Arguitur em̄ contra hoc primo. Nullus teneat succurrere proximo sub peccato mortali, nisi in extrema aut saltē graui necessitate: sit ergo casus, q̄ innocēs est in periculo quo iniuste mulctatur. 30. aut. 100. duca tis, vnde eum possum testimonio meo liberare. Ecce argumentum. Si ille esset pauper qui aliās indigeret illis. 100. aureis: dum modò non esset grauissima necessitas, ego nō tenerer illi dare, saltē sub peccato mortali: ergo nec teneror iniussus dicere testimonium, vt leuem eum illo damno. ¶ Et secundò arguitur. Si quicunq; teneretur se offerre, ad dicendū testimonium in causa innocentis, sequeretur, q̄ astringeretur subire quodcūq; detrimentum, vt diceret tale testimonium: quia præcepta natura lia nō sunt prætermittenda propter aliquod detrimentum: sed

I iii consequens

consequens est falsum: ergo & antecedens. Probatur minor. Si ego nō possem dicere testimonium ad liberandū innocentē sine periculo vitae: quia videlicet pars aduersa me occideret, aut alia me afficeret iniuria, certe nō teneor dicere testimoniū: immo si nō possem dicere tale testimoniū sine periculo p̄ris aut amici, non video mihi ad id obligari. Ut si pater aut amicus meus occidit hominem corām me, & innocēs accusatur de illo homicidio, & ego nō possum testificari illum esse innocentem, quin patrē aut amicum conijciam in v̄hemēte in suspicionē homicidij: atq; adeò in periculū capitis: certè nemo me censēret iniurium si non me offerrem ad proferendum tale testimonium.

¶ Respondetur. Primum, aliter tenetur dicere testimonium testis requisitus, & interrogatus à iudice, aliter is qui à iudice nō accersitur. Nā primus teneat de iustitia: sed tamē qui non vocat à iudice, solum tenetur se offerre ad liberandum innocentem ex charitate: quod est maximē adnotādum. Sicut tenetur qui-cunq; extinguere ignem ardentis domus vicini: & arcere latrones à domo proximi: quia vnicuiq; mandatum est de proximo suo. Et ideo qui non accersitur vel petitur à iudice, solum tenetur offerre se, sicut ad alia opera charitatis: vt puta, si id posset cōmode sine notabili detimento: & alias non tenetur, nisi forsan crimen vergeret in graue damnum reipublicæ, vt crimē hæresis aut lēse maiestatis, quibus malis ciues tenentur occurrere, cum aliquo detimento proprio. Sed tamen qui accersitur à iudice, tenetur de iustitia comparere, & interrogatus dicere veritatem aduersus fratrem & patrem, & aduersus proprium caput, si legitimē interrogetur, vt suprà dictum est.

¶ Sed nunquid testis interrogatus à iudice, obstringitur dicere testimonium cū periculo proprij capitis? V.g. Ego sum testis homicidij perpetrati à Petro, & necessarius: quia sine me homicidium probari nō potest: sed si testimoniū dixero: certus sum me necatum iri ab amicis Petri: vtrum teneor testimonium dicere. A parte enim affirmativa est argumentum: quia legitimē interrogor à iudice: atque adeò teneor de iustitia parcere. Sed à parte negativa est argumētū, q̄ lex esset grauissima, quæ me in tali casu obligaret subire mortem: cū essem innocens. ¶ Respondetur, q̄ in tali casu testis non tenetur dicere testimoniū:

quia

quia iugum Domini suaue est: quod proinde nō presumit nos obligare subire mortem in tali casu. Quare eiusmodi testis possit se abscondere, & vocatus fugere, & interrogatus occultare veritatem: dummodò non mentiretur. Imo testis possit eodem modo excusari à testimonio dicendo, si timeret exceptionē à parte aduersa, vnde graui infamia notaretur. ¶ Ad primum ergo argumentum dubij principalis respondetur, q̄ arctius tenetur quis liberare innocentem à damno. 100. aureorum quod accepit per iniuriam, q̄ à simili miseria, quā patitur in pauperate, licet ad vtrumque teneatur ex charitate. Primò quia maior est necessitas proximi quando patitur detrimentū per iniuriā. Et præterea quia facilius quis potest succurrere proximo dicendo testimonium, ne priuetur. 100. aureis, q̄ dando illi eleemosy nam. 100. aureorum. Quemadmodum ego teneor arcere latrones, si facilē possum dum deprendantur domum proximi: & tamen post expoliationem nō teneor dare tam largam eleemosynam. ¶ Per hæc quæ dicta sunt soluitur dubium, vtrūm quando quis accipit damnum, eò q̄ ego nō dixi testimoniū, teneat ego restituere damnum. ¶ Respondetur enim, q̄ si ego teneor de iustitia dicere testimonium, & possum dicere sine graui detrimento meo: vt si ego legitimē interrogor à iudice, & cælo veritatem vnde agitur damnum proximi, teneor quidem ad restitutionem. Sitamen solum teneor ex charitate: vt in casu secundi membra. S. Thomæ: quia videlicet nō vocor à iudice sed tamen possum liberare innocentem: tunc, licet peccem contra charitatem, non me offerendo, non tamen teneor ad restitutio nem. ¶ In tertio membro S. Thomæ est præterea dubium, dum Dubiū. dicit quod nullus tenetur offerre se ad dicendum testimonium, quod solum est necessarium ad puniendum reum legitimē accusatum: quanquam sit periculum accusanti deficiendi in probatione. Arguitur nanq;: Sunt casus in quibus quicunq; tenetur accusare reum: vt puta de crimine quod vergit in perniciē publicam, vt quæstione. 5. definitum est: ergo in eisdem tenentur testes testimonium dicere. Probatur consequentia: quia si ciues tenentur occurrere publico malo Reipublice accusando: ergo à fortiori, testimonium dicendo. Et præterea iniqua esset cōditio accusatoris & testis, si casu quo alter teneref accusare,

I iiiij alter

MEMBRI SECUNDI.

alter nō teneretur testificari: nam tunc accusator sine culpa sua deficeret in probatione. ¶ Respondetur cum domino Caie. in eodē loco, q̄ S. Thomas solum intelligit testem non teneri offerre se ad dicendū testimonium vt reus puniatur, in causis priuatis: puta quādo quis accusauit in causa propria, vbi nō compellitur accusare: nam tunc ipse se obiecit periculo deficiēdi in probatione: quia poterat non accusare: & ideo testis non tenet liberare eū illo periculo. At verò in casu quo quis tenetur accusare propter bonum publicum, non negaret. S. Thomas testes teneri ad accusandum. ¶ Quarta & postrema conclusio. Nihil obstat fides quam quis secreti promisit, etiam si iureiurando se astrinxerit, quomin⁹ teneatur secretum detegere: si id modò in iudicio via & ratione petat. Probatur quia fides secreti & iuramentū non habet vim obligandi contra ius: nec præiudicium parat iudici, quin possit cōpellere subditos, qñ necessum fuerit. Eādem ratione, vt diximus suprà, nulla fide aut iuramento secreti obstante, tenetur quicunq; etiam iniussus reuelare secretū, quod est in præiudiciū Reipublicæ, aut tertiae psonæ: quod notat S. Tho. 2.2. q. 70. ar. 1. ad. 2. Att̄n quod via sacramēti confessionis notū est, nulla prorsus de causa reuelare licet, quanq; sit in præiudiciū totius mūdi: quod latiùs quæst. vltima tractabimus. Docendi tamē sunt literarū ignari, q̄ nō cadunt sub sigillo confessionis quæ vulgo dicunt in cōfessione. Sunt enim qui vt arcti⁹ obligent ad secretū, signant se signo crucis: & flebentes genua dicunt se cōmittere secretū in confessione: cū tamen, vbi quis nō cōfiteſ omnia sua peccata cum intētione accusandi se, nullū est sacramentum: atq; adeò nec interuenit sigillum confessionis, vt illud secretum reuelare sit sacrilegium. Quare illæ ceremoniæ non sunt permittendæ.

¶ Ad primū argumentū principale respondeſ per quartam cōcluſionē, quā modo posuimus: officiū. n. nullū est virtutis: nisi vestiatur debitiscircumstantijs. Quare quicūq; fidem suam alteri astrinxit, iure ipso interprete, intelligat id facere secundū ius: atq; adeò quādo legitimè authoritate iudicis reuelat secretū, nihil infidelitatis admittit. ¶ Et eādē rōne respondeſ ad confirmationem: quia iuramentū non potest contra ius obligare. ¶ Ad secundum respondeſ, q̄ quanq; id videatur durum, vt quis

Q V A E S T I O. I.

Fol. 67

quis aduersus patrē, & aduersus propriū caput, dicat testimoniū, tamē quia ad pacem & tranquillitatē Reipublicæ necefſariū est, nimirū si Deus iure naturali propter bonum nostrū id nobis præceperit. Naturale. n. est, vt corpus mēbra propter suam salutē exponat. Atqui illud Chrysostomi: Non tibi dico vt te prodas: id solū sonat, vt nullus sua spōte, nisi autoritate publica legitimè compulsus se in publicum prodat: sed satis est si sacerdoti tanq; Deo secreto cōfiteatur. ¶ Ad tertium respondetur, q̄ nō solū tenetur qui legitimè interrogatur non negare veritatem (quod esset mendacium) sed etiam tenetur non taceare aut cālare per æquocā responsionē: quia licet tacere nō esset mendacium, esset tñ iniustitia & inobedientia. ¶ Ad primum mēbrū cōfirmationis iā responsum est, q̄ de genere suo negare veritatē in iudicio est mortale: sed tamē in indiuiduo pōt esse veniale, ppter paucitatē materiae. Ad alterū respondet S. Tho. 2.2. q. 69. ar. 2. ad. 1. q̄ quāq; re⁹ qui legitimè accusatur, peccet colludēdo cū accusatore. i. cōponendo pacē cū illo nē accusetur, tamē nō imponit ei pœna legis, sicut accusatori si colludat cum accusato. Quia, cū oī in terribiliū terribilissimū sit mors, indulgēdum est accusato, si recusat mortē, quāuis eā dignè fuerit meritus. Quod tamē dicit S. Tho. videlicet tam reum q̄ actorē pecare colludentes: suprà nos exposuimus vt intelligatur quādo accusator tenetur accusare: puta dum crimen est in perniciem publicam: quia in criminibus priuatis nullum peccatū est accusatorem cessare ab accusatione: atq; adeò nec accusatū cōponere pacem cum accusatore. Et hæc de secundo membro.

Q V A E S T I O P R I M A.



T R V M qui præter ius interroga tur de secreto crimine, respondere teneatur veritatem. ¶ Ad partem affirmatiuam arguitur primo. Apostolus Colosſen. 3. Filij (inquit) obedite parētib⁹ per omnia: & subdit. Serui obedite per omnia dominis carnalib⁹: &. 1. Petri. 2. Serui subditi estote in oīni timore

timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis: ergo quicquid prælati, etiam iniqui, præcipiant, teneatur parere. ¶ Secundò arguitur. Prælati sunt ministri Dei, secundum illud. i. Corinthi. 3. Sic nos æstimet homo sicut Dei ministros: & Gal. 4. Sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum: ergo prælati ut Deo obediendū est: sed Deo obdiendum est ad nutum: in hoc enim obedientia Abraham commendatur, quod cùm filium innocentem iuberetur occidere, quod iuri naturali tam apparebat contrarium, nihil cunctatus parere paravit: ergo & prælati ad nutum est obediendum. ¶ Et tertio ad rem proprius arguitur. Iudicum atq; prælatorum munus, est bonos facere ciues: ut author est Aristoteles. 5. Eth. sed multò eos facerent meliores, si omnia subditorum crima essent illis manifesta: nam tunc cognoscerent gregem intus & in cute: & quamvis non possent secreta crima iuridicè punire, iuuarent tamen subditos, tanquam patres, consilijs & exhortationibus: ergo commodum esset subditis, si ius esset prælati quodcunq; secretum crimen interrogare: atq; adeò esset subditis obligatio veritatem respondere. ¶ Et confirmatur. Media ordinantur in fine: finis autem ciuilis vitæ est, ut ciues boni fiat: at si subditi tenerentur quævis occulta crima prælati patefcere, revera illo metu deterrentur à peccatis: nā, ut sexta quæstione præcedentis membra adnotauimus, propterea Deus in antiqua lege voluit, ut occultum adulteriū mulieris sacrificijs detegeretur, & peccatum secretum anathematis disquireretur fortib⁹, ut, nec in abscondito, quis auderet id genus flagitia petrare: condecet ergo ut prælati quævis subditorum peccata cognoscant: atque adeò subditi tenentur ea quamlibet occulta reuelare. ¶ Sed in contrarium est, quod oportet Deo magis obedire quam hominibus, Actuum quinto: ergo quando prælati quid contra ius præcipiunt non est illis obsequendū: quia infideliter gerunt ministerium Dei.



Ostquam superiori membro pro captu nostro tractauimus rationem detegendi secretum quando via & iure inquiritur, subsequitur, ut in hoc membro tertio rationem tegendi persequamur: nempe quando quispiam contra ius de secreto interrogatur.

Vbi

Vbi quatuor disputabimus quæstiones: primam, quādo quis per manifestam iniuriam interrogatur, an teneatur respōdere: secundam, an semper in re dubia teneamus veritatem fateri prælato: tertiam, quibus amphibologijs se possit subditus iniuste interrogatus protegere: atq; adeo postremam, quid prius perpeti debeat homo, quā secretum pandat, quando iniuste interrogatus non se potest defendere. ¶ Ad primam ergo quæstio- 1. cōclu. nem respondetur quatuor conclusionibus. Priua. Extorquere secretum alienum præter ius, est genere suo graue peccatum mortale. Probatur. Extorquere secretum crimen alienum ē genere suo est in detrimentum famæ: sed damnum in fama est graue, cum fama sit præcipuum hominis: ergo illud est contra charitatē, atq; adeò peccatum mortale. Adde quod extorquere secretum ab homine grauius est, q̄ reuelare secretū alienum. V.g. qui sponte sua reuelat secretum alienum, & qui fraude aut vi compellit alium, ut reuelet secretum, vterq; genere actus peccat contra famam proximi: nam ex cognitione criminis quod proximè sequitur, est infamia illius qui crimen admisit. Alia verò damna consequuntur nonnunquam de per accidens: sed qui per fraudem & maximè qui per vim secretum extorquet, grauius peccat ratione violētiæ: quæ potissimum causat inuolūtariū: atq; adeò auget iniuriam. At verò quemadmodum reuelare secretū alienū ex genere suo leuius peccatū est, quā homicidium aut adulterium, grauius verò quā furtum, vt dictum est. q. 2. membra primi, ita & extorquere: quia vtrunq; est contra famam proximi: quod est bonum medium inter vitam & bona exteriora temporalia. ¶ Secunda conclusio. Præ 2. cōclu. latum aut iudicem extorquere præter ius secretum à subdito, grauius peccatum est quā si persona priuata id faceret. Primò, quia prælaus qui est virtutum exemplar, arctius obligatur ad omne officium virtutis, q̄ priuata persona. Et præterea, quia magis tenetur diligere subditum (vt pote tanquam filium) quā priuatus homo proximum suum. Et postremo quia prælaus est custos iustitiae, ad quem ciues concurrunt tanquam ad iustitiam animatam, ut dicit Aristoteles quinto Ethicorum: ob idque si quid contra iustitiam committit in subditos, multo grauius peccat, quā si persona priuata id faceret. Quod vtinam iudices

3. cōclu. iudices & magistratus ob oculos semper haberēt. ¶ Tertia conclusio. Subditi non tenentur obedire prælatis, præcipientibus secreta pandere cōtra ius: quod late superiori membro expositum est: vt puta vbi non præcessit infamia, aut indicia &c. Intel ligitur quando constat subdito in iustitia prælati: nam quādo est dubium, id disputabitur quæst. sequēti. Probatur. Iudex est lex viua (vt inquit Aristoteles. 5. Eth.) lex autē nulla est obligatoria, nisi quatenus deriuatur à lege diuina: quæ est prima regula omniū agendorū: vt docet. S. Tho. 1.2. q. 93. art. 3. que inadmodum omnia mobilia naturalia, mouentur à primo mobili: ergo quando prælatus præcipit aliquid contra ius, tunc præceptum eius non est obligatorium: quia non est secundū legem diuinam: & per cōsequens, nec subditi tenentur tunc parere. Vnde glossa Augustini super illud Rom. 13. Qui resistūt: ipsi sibi damnationē acquirūt: Siquid (inqt) iussit: scilicet potestas, quod non licet: hic sanè contemne potestatem, timendo potestatem maiorem. Et infert. Ergo si aliud Imperator aliud Deus iubeat, contempto illo obtemperandū est Deo. Et explica aliter hæc ratio. Iudex nullā habet virtutem mouēdi subditos, nisi per iustitiā, cuius est custos: sicut cœlum per motū & calorem mouet ista inferiora: ergo quādo aliquid præcipit cōtra iustitiam, nullam habet virtutem motiuā: sicut cœlum sine calore & motu nō moueret. Et secūdō probatur. Sicut qui iubetur aut interrogatur à nō suo iudice, nō tenetur parere: ita nec qui interrogatur à iudice contra legem: siquid iudex non potest nisi per legem obligare. Quare. 32. d. capi. Erubescant. habetur, q̄ secretorum solus Deus est iudex: ac si dicat: q̄ de occultis præter ius interrogant, in hoc non sunt iudices. ¶ Et postremo arguitur. Quē adinimum, vt quæst. proxima diximus, repugnat, prælatum quicquā iuste præcipere, & subdito licere non obedire (q̄ a tūc bellum esset iustum ex vtraq; parte) eadem ratione repugnat, prælatum quicquam iniuste præcipere, & subditum obligari ad obedientiam, quia sicut lex iniusta non obligat, ita nec præceptum iniustum. Vnde ijdem canones: puta inquisitionis. & Qualiter & quando. El segundo. De accusatio. qui cohibent prælatos contra ius inquirere, faciunt subinde subditis facultatem cōtra ius nō respondendi. ¶ Quarta cōclusio. Quamvis prælatus

prælatus interroget secretū crīmen sub sententia excommunicationis, vel sub quacunq; alia poena: si modò constet crīmen esse occultum, nec habere ius inquirendi, non tenetur subditus obedire, nec propterea incurrit in foro conscientiæ sententiam excommunicationis. Conclusio manifestè consequitur ad præcedentem: nam excommunicatio nullatenus incurrit: nisi propter inobedientiam: vt habetur Matth. 18. Si ecclesiā non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publican⁹: & cap. Nemo episcoporum. II. q. 3. habetur nullum posse excommunicari, nisi manifesta peccati causa: sed quādo iudex contra ius quid præcepit, tunc subditus qui nō paret, nec est inobedientis nec peccati reus: ergo nullatenus potest excommunicari. Et. 2. q. 1. capi. Multi. habetur q̄ nullus possit excommunicari, nisi sit sponte cōfessus, aut in iudicio conuictus: quod in casu conclusionis non contingit. ¶ Syluester in verbo, Correctio. §. 9. afferens priùs hanc nostrā cōclusionem, adnotat præterea, q̄ quamvis prælatus in aliquo casu nō posset cogere subditum ad reuelandum secretum, si id nihilominus præcipiat sub sententiā excommunicationis, parere debet subditus: aliás incurrit excommunicationē quantum ad poenam, licet non cōmittat culpam. Quibus verbis submo- Dubiū. uetur vulgata illa quæstio, an sententia excommunicationis ini- quia, quādo non est nulla, nec continet intolerabilem errorem liget. Quam nos in. 4. d. 8. latè disputauimus, vbi eam tractant theologi: canoniste verò. II. q. 1. cap. primo & cap. Qui iniustus. & cap. Sacro. De sententiā excommunicationis. ¶ Notant doctores tres gradus peruersæ sententiæ excommunicationis. Est em sententia nulla: vt puta, quæ à nō iudice procedit: & est sententia cōtinens intolerabilem errorem: vt puta, manifestissimum omnium iudicio, licet procedat à vero iudice: & est sententia iniusta citra intolerabilem errorē: aut ex parte iudicis, quia scilicet ex odio plata: aut ex parte cause, vt pote quia aut nulla est, aut non legitima: aut ex defectu ordinis iuris: vt docet. S. Tho. 4. d. 18. q. 2. ar. 1. q. 4. Dicit ergo Syluester loco citato: vt pseuere mus in exemplo de secreto, q̄ si quis præcipiat illi qui nō est ei subditus, sub sententiā excommunicationis reuelare secretū, tunc non obediens non incurrit sententiam: quia est nulla, itidē si prælatus præcipiat sub sententiā excommunicationis, vt quicunq;

M E M B R I T E R T I I L

quicūq; subditorum sciuerit aliquod crimen illud pādat, quāuis nulla sit infamia, aut indicia, nec illud possit legitimis testibus probari: tunc subditus non obediens non incurrit: qui illa sententia continet intolerabilem errorem. Qui enim probare non potest crimen, nullo modo tenetur denunciare, nisi forsitan in correctione fraterna. At verò si prælatus iussit sub sententia excommunicationis, vt quicunq; sciuerit crimen quod legitime potuerit probare, quamvis nulla sit infamia aut indicia: tunc (inquit) sententia quidem iniqua est: quia nullus pōt compelli manifestare crimē, quod nō laborat infamia aut indicijs: tamen quia sententia nec est nulla, nec continet intolerabilem errorem, ligat. & intelligit quoad poenam. ¶ Adrianus in quotlib. quæst. 6. mouet in genere, vtrūm sententia excommunicationis, quæ nec est nulla, nec cōtinet intolerabilem errorem, obliget, in cōscientia. Et dicit S. Thomam & Palu. & Ricard. in. 4. d. 18. tenere partem affirmatiuā: & Alex. 4. P. q. 82. mēbro. i. quibus tamē ipse contradicit. Et idē videtur tenere Gratianus. ii. q. 3. cap. Qui iustus est. quem sequuntur multi canonistarum, confirmantes suam sentētiā illo celebri dicto Gregorij, quod referē eadem causa & quæst. cap. 2. Sentētia pastoris, siue iusta, siue iniusta, timēda est. At verò quia hic non est loc' disputādi hanc quæstionem, satis est si dixerimus quæ ad rem pertinēt præsentē. Primū omniū certissimū est, nec vlla potest ratione dubitari, q̄ vbi simplex præceptū nō obligat, quia procedit ab iniusta causa, illic nec sentētia excommunicationis pōt ligare in cōscientia, vt sit culpa nō obediens: si modo cesset contemptus. v. g. in casu posito Syluestri, si prælat⁹ p̄cipiat sub excommunicatione subdito reuelare secretū, quod nec infamia labrat nec indicijs, quod tamen possit legitimē probari, sententia illa non obligat ad culpam, nec est aliquid peccatū non obediens, hoc est manifestū: quia null⁹ pōt excōmunicari nisi ppter inobedientiā: vt iam modō dicebamus, iudex verò obligare non potest nisi per legem & iustitiam. Quando ergo quid præcipit cōtra legē, nulla est obligatio p̄cepti: atq; adeo nec in subdito est peccatū inobedientiē, licet non pareat. ¶ Et confir. quia aut iudex procedit ex falsa præsumptione, putās habere ius, quod tamē nō habet: & tunc clarū est q̄ nō ligat innocētē, postquā, si

Q V A E S T I O I.

Fol. 70.

si veritatē nosset, nō excōicaret innocentē: aut procedit ex passione vel malitia, & tūc à fortiori nō ligat: nā quis dicat iniquitatē iudicis cōtra ius ligare subditū quoad culpā. Vnde Gelasius papa. xj. q. 3. ca. Cui est. Si iniusta (inquit) sentētia est, tanto curare eā nō debet quāto apud Deū & eius Ecclesiā neminem pōt grauare iniqua sūna. Ita ergo ea se nō absolui desideret, quae nullatenus prospicit obligatum. Et Augustinus eadē causa & quæst. ca. Illud planē. Si quis fidelium iniuste fuerit anathematizatus, potius ei oberit qui facit, q̄ qui hāc patitur iniuriā. Et Hieronymus. Qui nō recto iudicio foras mittitur, si non ita egit vt mereretur exire, nihil lēditur, ex eo q̄ nō recto iudicio ab hominibus videtur expulsus. 24. q. 3. cap. Si quis non recto. Nihil ergo ligat sentētia ex iniusta causa procedēs, quoad culpam, si nō obediatur. Eadem ratiōe si sit iniqua ex defectu notabili ordinis iuris. Secus si fuerit iniqua ex intentione iudicis: quia videlicet ex odio fert illam: nā tunc nihilominus ligat, si aliās est iusta. Nec est aliquis (quod ego viderim) qui oppositū huius teneat. Quocircā cum Adrianus ait q̄. S. Thomas & alij quos citat, videntur tenēre sentētiā excommunicationis iniquam ligare in conscientia, si intelligat illos tenere esse culpam non obediens, certē id falsō illis imponit: nam verba S. Thomæ in loco citato sunt hāc. Quādo sententia excommunicationis est iniqua ex parte causæ, aut ex defectu ordinis iuris, dum tamen non sit nulla, tunc habet effectum, & subditus debet obediens, & erit ei ad meritū: & vel absolutionem petere, vel ad superiorē recurrere. Nō dicit q̄ erit culpa nō obediens: sed q̄ erit meritū pati illam poenā iniuste: scilicet, nō communicare sacris. Et hēc est intētio Alexand. Ricar. Sylvestri, & credo Gratiani & omnium. ¶ Ex quo sequitur secūdō, q̄ si verum sit excommunicationis sententiā aliquo modo iniquā ligare, intelligendū est in foro exteriori quoad poenā: vt in exēplo posito, si prælatus p̄cipiat subditū reuelare crimē quodcūq; qd p̄bare possit quāuis nō flagret īfamia: certē nulla culpa est nō obediens: tñ q̄ iniustus fuerit nō obediens, excludeſt à sacris, & à fideliū cōmunione: quia non admittetur excusatio subditi dicentis nō teneri, quia nulla erat infamia, nec indicia: nam præsumendū est iustū esse præceptū prælati: aliās deberent prælati quotiescūq; qd præcipiant,

M E M B R I S E C V N D I.

piunt, manifestare quo iure id faciat: quod esset in detrimentū gubernationis. Et propterea dicit. S. Tho. q̄ erit meritū subditō pati illam pœnam iniustē. ¶ Sed addiderim tertio, q̄ eiusmo di iniqua sentētia, excommunicati non priuantur suffragijs & orationibus Ecclesiæ: vt scitē notauit Adrianus loco citato, & Pal. 4. d. 8. q. 1. cōclusione. 4. Nam Ecclesia non censetur iniustē velle quenq̄ lādere, in re tam graui. Nec oppositū huius(puto) sentit. S. Tho. vt Adr. illi impingit. Nunq̄ enim dixit. S. Tho. q̄ taliter excōicatus priuat suffragijs Ecclesiæ: sed verba eius loco citato in solut. ad. 1. sunt hēc. **E**xcomunicatio gratiā Dei subtrahit, nō gratū facientē, sed aliquam dispositionē illius: puta cōmunicationem in sacris & cum fidelibus. ¶ Postremo notandū est, q̄ si quis sententiā excommunicationis, quamlibet iniquā, cōtemnit, contemptus erit peccatum: vt puta si negligat absolutionem petere ad cautelam, cūm facile possit: vt si in publico dicat se nihil facere iudicē &c. Et hic est sensus verborum Gregorij. Sentētia iudicis, siue iusta siue iniusta, timēda est: id est, nō cōtēnenda. ¶ Quintā & postremā conclusionē principalem ad iecerim. Quādo iudex iniuria extorqueat secretum subditi, nō potest fortē per illā cognitionē vltra procedere, sed quicquid inde dimānet iniustū est. V.g. Si iudex tormentis sine infamia & indicijs, iniustē extorqueat crimen nō potest, aut ad punitionem, aut certē ad inquisitionē procedere. quanq̄ reus manifestet testes, per quos potest cōuinci: saltem si secretum extorsit per metum grauem: & præterea, si non sequatur scandalū propterea q̄ nō punitur. Probatur conclusio. **Q**uicquid ex iniuria iudicis manat iniustū est: nam iniustitia causē permanet in effetu: ergo quādo cognitio criminis est iniusta, quicquid inde, p̄ cēdat est iniustum: atq; adeo quassandum & irritandum. Dixē rim, si per grauem metū extorqueatur: nam si iudex leuiter minaret tormenta subdito, nisi crimen proderet: atq; adeo subditus ex leuitate animi illud p̄deret, & detegeret testes & indicia non sum adeo certus, q̄ nō posset iudex p̄cedere ad inquisitionem. Nam quāuis iudex aliquam tunc fecerit iniuriam, tamen non tā censetur iudex extorsisse, q̄ reus libere propalasse. ¶ At contra conclusionem est graue argumentum. Esto, iudex per grauissima tormenta extorſſet ab aliquo crimen occultū, atq; adeo

Q V A E S T I O I.

Fo. 71.

adeo indicia, & testes quibus possit conuinci. Tunc videtur, q̄ iudex nō posset deferere causam, & cessare à vindicatione sine graui scādalo: & maximē si crimen illud esset foeditissimum, vt grauissimus incestus, aut peccatum contra naturam, quod per confessionem ipsius rei esset iam publicum, & certissimum in toto populo. ¶ Rñdetur, q̄ forsitan in tali casu iustē posset procedere iudex ad iuquisitionem & punitionē, ad sedandum scandalum: tametsi certē res est dubia: quā nos aliorum iudicio cōmittimus. ¶ Sed nascitur ex hac conclusione dubium, vtrum si **Dub.** iudex nouerit crimen aut indicia, per iniuriam quam nō ipse, sed alia persona priuata intulerit, possit procedere ad inquisitionē & vindictā. Et videtur q̄ nō: postquā cognitio p̄cessit ex iniuria. ¶ Respōdetur, q̄ iniuria illata extra iudicium à priuata persona: nihil obstat quomin⁹ iudex possit inquirere. Vt si Petrus secreto occidit hominem, & filius occisi suspicatus Petruſ fuisse occisorē, tormentis & minis extorqueat ab illo confessionem, & testes quibus possit conuinci, & tandem eū deferat in iudicium, tunc posset iudex procedere: quia nihil sua interest quomodo alter extorſerit confessionem. Hoc tamēvnum strictē admonuerim, vt si cognitio criminis (qualecūq; sit) ortum habuerit ex confessione sacramētali, tunc (quicunq; ille fuerit qui secretū aut extorſerit aut propalauerit) nullaten⁹ licebit ad inquisitionem aut ad pœnam procedere iudiciale. Exempli gratia. Si sacerdos sacrilegus reuelauerit confessionem homicidiū: ac demum per ora deuenirerit in aures iudicis, cōstiteritq; iudici, via id sacramēti dimanasse, tunc nullo modo potest illud iudiciale inquirere aut punire: & sacrilegium cōmitteret inquirendo aut puniendo. Probatur. Quæ in sacramēto sacerdoti detegūtur, dicūtur tanq̄ Deo: ergo in quascunq; aures eiusmodi secreta deueniant, reputari debent ac si prorsus nesciantur: quę proinde si reuelentur, grauis fit iniuria sacramento & religioni. Et præterea opposito dato periret sacramentum cōfessionis: quod tamē summē necessariū est in Ecclesia Dei. Nā deterrerentur homines à cōfessione, si vel suspicarent, aliquod inde detrimētū eis posse vlla via parari. Eādē rōne si laicus audiens confessionem quæ fit sacerdoti, confessionem reuelaret: atq; adeo si laicus habitum mentitus sacerdotis, confessionem

K audiret

M E M B R I T E R T I I.

audiret, & in publicum produceret, nefas esset iudici ad inquisitionem aut punitionem inde procedere. Quocircà cauēdum præsertim est prælatiscum aliquid via confessionis, siue per in iuriām, siue per imprudētiām confessorum aut confitentium, nouerit, ne illud prætendant iudicialiter aut inquirere aut punire. De quo latius quæstione vltima.

CAD P R I M V M argumentum respōdetur, q̄ verba Apostolorum id solum sonant: vt filij & subditi per omnia obediāt parentibus & prælatis, in quibus iure illis subduntur. **C**Ad.2. respondeatur, quod quamuis prælati omnes sint Dei ministri, non tamen habent absolutam, & infinitam potestatem, sicut Deus. Dei' em̄ intellectus est regula infallibilis suæ voluntatis, vt quicquid ipse iudicauerit bonum, eò sit bonum & æquum, quod ipse ita iudicauit. Homines verò quia falli & fallere possunt, habent præscriptas regulas & leges: quas si prælati transgrediantur, non habent vim ligandi subditos: habent enim potestatem, non in destructionem, sed in ædificationem. 2. Cor. 13. **C**Ad tertium respondeatur, quod quia in hominibus nihil potest esse perfectum, ita prouidendum est huic bono, vt uon detur occasio alterius in ali. Et in proposito, si omnes prælati perfectissimi essent, forsitan expediret, vt omnes cognoscerent intima cordis subditorum: vt per hoc subditi arcerentur à peccatis: sed tamen cum rari sint illi, periculum esset ex alia parte, si scirent omnia occultissima peccata: nam fortè illa imprudēter proderent. Et præterea non esset tantus amor prælati erga subditos: nā vix inueniret quos posset ex corde diligere: adeo sunt multa occulta hominum criminā. Et postremò. Iugum Domini suaue est: quare noluit obligare homines ad rem tam difficultēm, vt prælati occultissima peccata manifestarent. Inde enim sacramentum confessionis existimatur adeò difficile, q̄ homines obligat intima cordium confiteri: quæ proinde confessio soli Deo & eius vices gerenti fuit expediens vt fieret.

Q V A E S T I O S E C V N D A.

V T R V M

Q V A E S T I O . I I.

Fof. 72



T R V M subditus teneatur obediēre prælati interroganti secretū, quotiescūq; dubitat iure ne interroget, an iniuria. **C**Ad partē affirmatiā arguit primò. Quicūq; rē possidet, quis dubitet sua sit nec ne iure vtitur ea, quoad usq; certus sit sentētia iudicis, vel alia via, rem nō esse suā: vt legiſ vtroq; iure cap. Si virgo. 34. q. 2. & glossa. c. fin. De præscrip. & L. Qui scit. ff. Devsu. sed prælatus est in possessiōne respectu subditorū: ergo in re dubia habet ius præcipiendi: & per consequens subditi tenentur tunc obedire. **C**Et cōfirmatur. Quia aliás sequeretur, q̄ prælati quotiescunq; quid iuberrant, tenerentur manifestare quo iure id faciunt, anteq; subditi tenerentur obedire: quod in graue vergeret detrimentum gubernationis. **C**Secundò arguitur. Cōiunx, dū dubitat an alter sit ei⁹ cōiunx, tenet reddere debitū peteti, eò q̄ est in possessiōne: vt expressè iubetur cap. Dñs. De secūdis nup. & cap. Inq̄fitioni. De sentētia excō. ergo pari ratione, postq; prælatus est in possessiōne, tenet subditi ei parēre in dubio. **C**Et cōfir. Si princeps indicat bellū, edicatq; ciuibus vt armētur ad illud, quāuis subditi dubitēt iustū ne sit bellū, an nō, tenet nihilomin⁹ parēre, & si fortè princeps iniquè præciperet (nisi manifestè cōsta ret edictū esse iniquū) vt est sententia Augustini cap. Quid cul patur. 23. q. 1. (qui forsitan est sensus illi⁹ documenti. i. Pet. 2. Serui subditi estote dñis, etiā discolis) ergo pari ratione, qn dubia est iustitia præcepti, tenet subditi parēre. **C**Tertiò. Qui se exponit periculo peccandi, peccat, secundū illud Ecclesiastis 3. Qui amat periculum, peribit in illo: sed quicūq; dubitans an præceptum sit iustū, si parēre recusat, exponit se periculo non obediendi: ergo peccat non obsequendo. **C**Et cōfirmatur argumento vulgato ad hoc propositum. Quandocūq; aliquis est dubius, an aliquid ei liceat (siue de iure, quia sunt æquales rationes aut opiniones pro vtraque parte: siue de facto, vt cūm quis dubitat, an infirmitas sua sit sufficiēs ad frāgendū ieuniū) tunc cōsiliū est receptissimū, vt adueniēte præcepto prælati, in illā partē inclinet subdit⁹: quia cū rationes priùs essent æquales, supueniens

K. ij præc

M E M B R I T E R T I I.

præceptū, facit illā partē ponderare præ altera: ergo eādē rōne, quoties prælatus præcipit aliquid, & dubium est an ius habeat præcipiendi, parendum est illi. ¶ In contrarium est, q̄ ex duobus malis minus est eligendum: vt admonetur apud Arist. 2. Ethic. cap. 9. & in octauo Toletano cōcilio. d. 13. cap. Duo mala. sed quādoq; dum quis dubius est an teneatur parere prælato, contingit grauius imminēre periculum si pareat, quām si non pareat: puta quia agitur de vita hominis, in quem nondum est certum, an sit ius inquirendi, & prælatus interrogat secretum eius crimen: ergo tunc non est illi obediendum.

Vestio generalis est inter doctores, quā Adrian⁹ Papa quot. 2. tractat prolixē: sit ne obediendū prælato, vbi cunq; dubium est an ius habeat præcipie di. Et Syluester in verbo, obedientia. §. 4. dicit oēs doctores tenere partē affirmatiuā. Fortè intelligit summistas. Adrianus verò in multis casib⁹ tuetur partē negati uam. Nos in p̄esentiarū non versabimus casus vniuersos, sed illos qui peculiariter spectat ad rem secreti tegēdi aut detegēdi. Et in hac materia secretorū est sentētia Petri de Pal. in. 4. d. 19. q. 4. dicētis q̄ qn̄ platus exigit secretū, tunc si certum est subdito prælatū iure præcipere, parere tenetur: si verò certū est contra iura præcipere (quæ exposita sunt membro. 2.) obediēre nō debet: sed si dubium est vel iuris vel facti, tunc præsumendum est de iustitia iudicis, & debet ei dicere veritatem. Cui sententiæ subscribit Syluester in verbo: inquisitio. §. 3. & ferè doctores canonistæ. Atqui si plati illi essent, quos nulla ignorātia decipe, nullaq; posset corrumpere iniquitas, nulla esset tunc quæstio, nec dubia esset sententia hæc, quæ asserit in dubio inclinandū esse semper in præceptū prælati: at quia prælati homines sunt qui & decipi & decipere facile possunt, maiori negotio versanda est q̄stio. ¶ Præmittendū est in primis, aliud esse habere dubiū, aliud habere scrupulū. Dubius enim est ille qui neutri partī cōtradictionis assentitur, sed ita habet suspensum animum, vt in neutrā propendeat: vt ego modò sum dubi⁹ paria ne sint astra, an imparia. Scrupul⁹ verò est (vt reor) formido vni⁹ partis cōtradictionis, quæ stat simul cum opinione alterius: vt cū quis habet opinionē aliquē cōtractū esse licitū, & formidinē de parte

Q V A E S T I O II.

Fo. 73.

parte contraria, illa formido est scrupulus: qui potest esse mai or aut minor, vt statim cōmonstrabitur, & de vtroq; s. tam de dubio, quā de scrupulo, dicturi sumus. ¶ Sed notādū præterea, q̄ præceptū prælati, quādo dubiū est an ius habet præcipiēdi, bifariā potest accidere. Aut em̄ certū est & cōpertū opus illud quod præcipitur esse licitū, ita vt nullū sit periculū id fieri: aut opus tale est, vt periculū habeat ad vtranq; patrē. ¶ His habiti res p̄spōdetur ad quæstionē quatuor cōclusionibus. ¶ Prima. 1. cōclu. Quādo præceptū est de re tuta, vbi nullū imminet periculum aut bono publico, aut tertię personæ, in re dubia vt plurimum obediendū est. V.g. Præcipit mihi prælatus studere, aut seruire infirmis: quæ sunt opera, vbi nullū imminet periculū, quāquā sit dubiū an id possit præcipere, debeo obedire. Probaſ, q̄a cū obediētia sit virtus perfectissima, nec debet subdit⁹ rōnē omniū præceptorū exigere, nec prælat⁹ tenetur reddere: maximē vbi id quod præcipitur licitū est: Sub hac cōclusione compræhendimus casus designatos in vltima confirmatione, ad partē affir matiuā quæstiois: vt puta cū valetudinari⁹ dubi⁹ est, debeat nō iejunare, aut horas canonicas soluere: aut si sit dubium de iure, accedente autoritate prælati, illa pars est tenenda. ¶ Quod si quis arguat nō esse omnino tutā partē, quādo præcipitur fra ctio ieunij propter dubiū infirmitatis aut aliud huiusmodi: nā periculū est tunc frangendi præceptū Ecclesiæ. ¶ Respondetur, q̄ prælat⁹ est sicut interpres Dei: & ideo vbi nō est aliud periculū nisi fractionis legis, tunc periculū cessat: quia præceptū plati habetur pro interpretatione legis. Secus quando est periculū damni Reipublicæ, aut tertię personæ: vt diximus in cōclusio ne. Addiderim tamen: vt plurimum: quia nec in vniuersum obediendum est in re dubia, quamvis nullū sit periculū: vt puta si res est molesta nimis & difficilis subdito. Si em̄ mihi præla tus præciperet longum iter, aut rem difficilem, dubiumq; eset mihi ius præcipiendi, non tenerer statim parere. Vnde sentētia est. S. Thomæ in. 4. d. 36. exponētis verbū magistri, quod est in concilio Vermeriensi. 29. q. 2. cap. Si quis ingenuus. q̄ si quis liber despōsaret sibi puellā, quā bona fide credit eē liberā, & postea ex causa probabili dubitet illā esse seruā, nō tenetur ei redere debitū, q̄q Ecclesia præcipiat: nā si reddit animo non ma-

K 3 ritali

MEMBRI TERTII.

ritali fornicationem committit: si verò animo maritali, incurrit graue detrimentum: puta quia inuitus consummat tunc matri monium cum serua. Ecce quemadmodum nemo cōstringitur parere in re dubia, cum graui suo detimento, quamuis opus quod præcipitur esset tutum, nec periculum ageretur tertiae personæ, eò quòd id subditus exequeretur. ¶ Ex hac conclusione sequitur, q̄ quando prælatus interrogat sub præcepto aliquod secretum, vnde nullum iimminet cuiq̄ periculum, & dubiū est an habeat ius præcipiēdi, tunc tenetur subditus reuelare: præfertim si reuelatio illius secreti iuuat, ad tollendam malam suspicionem prælato. ¶ Secunda conclusio. Quando prælatus inquirit in quēpiā, & interrogat sub præcepto, quod ex probabili causa dubitatur esse iustū, nō semper tenet subditus respōdere, sed in eā partē inclinādū est, in q̄ est minus periculi. Exēpli grā. Inquirit iudex aduersus homicidā aut furem, aut in quēuis aliū reū priuati criminis, puta quod nō est in pñiciē publicā, & dubiū est probabile pro vtraq; parte, sit ne infamia aut indicia quib⁹ legitimè possit inqrere: tūc testes hoc modo dubitātes nō tenētur testimonium dicere: imò tenentur cælare crimē, quāuis sint cōscij: & à fortiori, nec reus ipse si interrogetur tenetur se prodere, quia maius periculū est si occidatur homo contra ius, q̄ si non obediāt prælato. ¶ Probatur cōclusio, primò ratione generali. Regula est receptissima magistrorū in materia de ignorātia, q̄ in dubio sequenda est pars tuta, si alia nō est tuta: quod si neutra fuerit tuta, illa poti⁹ eligatur vbi minus est periculi. v.g. Dubitat quispiā an obligetur mētiri officiōsē pro seruāda vita hominis: cōsiderandū est tunc vtrū eorū esset graui⁹ (si vtrūq; pcederet ex sciētia) pñitttere mortē hominis, quē q̄s tenet seruare, an mētiri officiōsē: & q̄a manifestū est primū esse graui⁹ (quia illud est mortale & secūdū est veniale, fit vt ille teneatur mētiri, si non potest tollere dubiū, quanq̄ fint plures rationes pro parte negatiua. Sed si est dubius an teneatur peierare pro vita seruanda, tunc tenetur poti⁹ permittere mortē, q̄ peierare: quia si vtrunq; procederet ex scientia, grauius esset periurium, q̄ homicidium. Itaq; in materia morali nō cēsetur illa pars min⁹ dubia, quā plures cōprobāt rationes, sed illa potius que min⁹ est periculosa, nā minus periculū habetur

pro

Q V A E S T I O I I.

Fol.74.

pro maiorī ratione: tāetsi, quando vtraq; est æquē periculosa, illa deligenda est, in quam probabiliores rationes propendūt. Ad propositum ergo. Non obedire iudici ex scientia, casu quo inquirit ad vindicandum priuatum homicidium aut furtū, est peccatum mortale, sed tamen non est infinitum, vt nōnulli formidant: imò grauius est hominē iniustē occidere: ergo in probabili dubio potius eligendum est periculum inobedientiæ: q̄ homicidij: atq; adeò tunc non est dicēdum testimonium. Quo fit vt si prælatus interroget sub præcepto aduersus aliquē, putās grauiora cōmisisse crimina, & testis scit leuiora esse, nec vergere in infamiam aut detrimentum alterius: dubiusq; est iustū ne sit præceptū, tenetur tunc parere: quia minus est in illa parte periculum. ¶ Secundò probatur conclusio peculiari arguimento huius materiæ inquisitionis. Vnusquisq; præsumit bonus quoadusq; probetur malus: sed quādiu dubium est, an sit ius inquirēdi aduersus aliquem, tunc nec probatus est malus, nec iure existimat talis (nam sola infamia, aut indicia sunt q̄ faciunt præsumptionem iuris) ergo re dubia & iudex inquirēs peccat, & testis si obsequatur iniustus est. ¶ Et tertio arguitur. Iura fauēt reo sicut possessori: ergo quoadusq; cōstiterit ius esse inquirendi, reus habet ius vitæ, famæ, & bonorum suorum: atq; adeò in dubio nec licet in eum inquirere, nec testimoniū dicere. ¶ Sed quid si quis habeat opinionem q̄ tenetur obediēre, formidinem tamen & scrupulum quòd non tenetur? ¶ Gerson in tract. De pñpar. ad mis̄am. videtur prima fronte tenere, q̄ quādo quis habet opinionem & assensum vnius partis, tunc potest, imò frequenter debet, agere contra formidinem alterius. In quam sententiam citat Altissiodoren sem. At profectò doctores isti grauiissimi non intelligunt hoc in vniuersum: sed quando pars illa quā quis opinatur, est tuta: vnde videlicet non imminet periculum tertiae personæ: aut qñ formido est leuiissima. Vt si quis habet opinionem integrē esse confessum (quod est exemplum Gersonis) non tenetur propter formidinem contrarij iterum cōfiteri, aut abstinere à communione. ¶ Sit ergo in proposito tertia conclusio. Licet quis habeat opinionē partis minūs tutæ, & solam formidinem alterius, non semper tenetur sequi opinionē, si modò ab illa parte

3.Cōclu.

K 4 mag

magnum immineat periculū, & formido alterius apparentē ha
beat probabilitatē. Exempli gratia. Interrogat te iudex aduer
sūs dignissimam personā, nempe cuius vita pretiosa est in re
publica, opinarisq; iudicē legitimē inquirere, sed cū probabili
formidine partis contrariae: certē non tibi consulerem opinio
nem sequi vt testi moniū dicas, sed potiū cēles, nam periculum
graue, ne dignissima persona præter ius occidaſ, facit vt in mo
ralibus formido præponderet opinioni. At vero si formido te
nuissima est, nēpe quæ à pauore poti⁹ & ignauia meticulosi ho
minis, q̄ à ratione proficiſcit, talis vincēda est, aut cōtra illam
Scrupul⁹. Hinc consequitur quid sit scrupulus. Cū enim quæ
ſtio ſit de nomine, poſſet quis oēm formidinē in vniuersum vo
care ſcrupulum, qñ cōtrariæ partis habetur assensus, ſaltē opi
natiuus. Sed tunc cōſequēter cōcedēdum eſſet, q̄ non ſemper
agendū eſſet contra ſcrupulū, imò q̄ nonnunquā agendū eſſet
ſecundū illū, vt modò dicebamus. Ob idq; ſignificant⁹ forſan
dicitur ſcrupulus: nō omnis formido, ſed illa quæ adeo tenuis
eſſet, vt ſit cōtra illa agēdū: nā ſcrupulus breuiſſimū lapillū ſigni
ficiat qui in calceo latet: atq; adeo in moralib⁹ ſignificat illā for
midinē, q̄ ex pauore & metu procedit, cuius nulla eſt habēda
ratio. Sed contra ſecundam conclusionem, & præſertim con
tra tertiam arguitur. Agere contra cōſcientiam eſt peccatum,
vt omnibus eſt receptiſſimū (perinde enim delinquit, qui acci
pit rem ſuam quā credit eſſe alienā, ac ſi acciperet rem alienā)
ſed qui in dubio non obedit prælato, præſertim ſi opinatur iu
ſum eſſe præceptum, agit contra cōſcientiam: ergo peccat.
Respođetur duobus modis. Primò, q̄ agere contra cōſcien
tiam tunc ſolū eſt peccatum, quando agere ſecundū cōſcien
tiam eſt tutum, nec inde aliquod imminet periculū, nec reipu
blicæ, nec tertiae personæ. Vt ſi habeo cōſcientiā, q̄ hodie te
neor audire miſſam, tunc aut debeo cōſcientiam deponere, aut
miſſam audire: quia ſi audiam, nullum ſequitur periculū. Sed
quādo neutra pars eſt tuta, nec poſteſt homo cōſcientiam tol
tere, tunc nullū eſt peccatū agere contra partem minūs tutam.
Dubium Et quamuis ſolutio hæc veriſſima ſit, notandū tamen eſt ſe
pract. & cundo, duplex eſſe dubium, aliud ſpeculatiuum, aliud vero pra
ſpeculati. Eticum. Dubium ſpeculatiuum eſt quod pertinet ad intellectū
spec

ſpeculatiuum: nēpe qui nihil ordinat ad opus:practicum verò
eſt, quod pertinet ad intellectū practicū: vt puta qui de actioni
bus diſtat humanis. v.g. Habeo pacificā poſſeſſionē rei quā bo
na fide acq̄ ſiui, ſed in principio dubitare an ſit mea: dubiū illud eſt
ſpeculatiuum, ſed tñ nō ſequitur. Dubito an res quā poſſideo
ſit mea: ergo dubito an teneor dare (quod eſt dubiū practicū)
nā poſſeſſio facit me certū vt nō tenear, quoaduſq; iuridicē cō
pertū habeam, rem non eſſe meā: vt colligitur ex cap. Si virgo.
34. q.2. Quemadmodū Iacob quāuis dubitasset ſpeculatiucē, an
illa quę erat in lecto eſſet ſua, tamē quia ignoratiā erat inuinci
bilis, nō dubitabat practicē, quin tenere debitum illi reddere.
Ad hunc modū dicere poſſumus in proposito, q̄ quando quis
dubitat an prælatus ius habeat inquirēdi, ſi videat maius immi
nere periculū testi moniū dicendo q̄ cælando, tunc certū eſt, q̄
ille non tenetur obedire: atq; adeo non facit cōtra cōſcientiā
practicā, quāuis faciat cōtra dubiū ſpeculatiū: quod nullū eſt
peccatum contra bonos mores. Sed per cōtariis forte, quid ſi *Dubiū.*
in re dubia præcepto addatur cōminatio ſub ſentētia excōmu
nicationis? Videſ q̄ tūc tollatur dubiū & teneatur ſubdit⁹ parē
re. Nā ſi ſīnia paſtoris, ſiue iusta, ſiue iniusta, timēda eſt: vt Gre
gori⁹ admonet. II. q.3. c.2. à fortiori in re dubia magis eſt formi
danda. Respođetur, q̄ qñ dubium eſt ius præcipiēdi, nihil re
fert qua cōminatione proferatur præceptum, ſiue excōmu
nicationis, ſiue alius poenæ. Nam ſicuti dum præceptū eſt manife
ſtè iniustū, nihil magis ligat, quātūcūq; addatur poena excō
municationis: ita dū res eſt dubia nihil affert certitudinis: præ
terq; q̄ iuxta ſentētia Gregorij tūc magis timēdū eſt, atq; adeo
oculatiūs veſtigādū eſt, an p̄ceptū ſit iustū & legitimū. Quar
ta cōclusio. Quādo criminā de quib⁹ fit inquisitio, ea ſunt quę
vergūt in perniciē publicā: vt proditio, crimen læſæ maiestatis,
hærefiſis, & alia id gen⁹: tūc in re dubia, vice versa, dicēdū eſt po
ti⁹ testi moniū, q̄ cēlādū. Nēpe ſi dū inquisitores hæreticæ pra
uitatis interrogāt aduersūs hæreticū, dubi⁹ ſit testis propter ali
quāforte p̄babilē rōnē, an ſit tūc caſus iuste interrogādi, parē
re debet & testi moniū dicere in periculū hæretici: etiā ſi ratio
nes ſint aliquātulo probabiliōres pro parte contraria. Proba
tur conclusio eodem fundamēto. In re dubia illa pars deligen
da

M E M B R I T E R T I I.

Dubii. da est vbi minus est periculi, sed minus periculū est si persona priuata iniustè occidatur, q̄ si Reipublicæ damnum detur (si vtrunq; procedat ex scientia) ergo in re dubia potius inclinandum est in periculū particularis personæ, q̄ in damnum publicum: atq; adeò in casu conclusionis, dicendum est potius testimoniū, q̄ cælandum. ¶ Quòd si contrà quis arguat, q̄ in re dubia reus adhuc præsumendus est bonus, vt suprà arguebam⁹: postq̄ iura nō sunt certa & manifesta inquirēdi aduersus il lū. ¶ Respōdef, q̄ vbi agit de bono publico, nō requirūtur tot merita, vt supradictū est, ad procedēdū cōtra psonā particula rē, quia mēbra posthabēda sunt capiti: & ideo in dubio ius est declinare in periculum potius priuati boni, q̄ publici. ¶ Dubium tandem postremum restat in hac quæstione. Quid si ho mo ignoret doctrinam harum conclusionum? Est. v.g. qui du bitat fit ne præceptum prælati iustum an iniustū, & præterea nescit, an in tali casu debeat sequi partem minùs periculosam: quales sunt ferè plebei. ¶ Respondetur, q̄ hoc dubium gene rale est in omni materia. Nos enim solū dicimus quod censemus, ratione & iure faciendum. Qui illo modo dubitat & igno rat, consulat peritiores: aliás faciens contra ius, si ignorantia fuerit inuincibilis excusabitur: sin verò vincibilis, peccabit. ¶ Ad primum principale respondetur, quòd prælati & iudices non sunt in possessione respectu subditorum, nisi quatenus iusta præcipiunt: & ideo quando dubiū est, an præcipiant iustum, tūc si sit in præiudiciū tertij, quia ille tertius est etiam in possessione famæ suæ & bonorum, in eam partem inclinan dum est, vbi est minus periculi. ¶ Ad confirmationem respon detur, q̄ quando prælati quid præcipiunt vnde nullum periculū religioni aut Reipublicæ, aut tertiae personæ timetur, nō cō stringuntur rationem redere, sed simpliciter parendum est illis, etiam in dubio, vt suprà dictum est: quia tunc nullū est peri culum, si præsumatur iudex iustè præcipere. Quādo verò eius modi periculum imminet, tunc si subditus dubitat, nihil facit contra obedientiam, si exigat à prælato rationē præcepti, proponēs humiliter rationes dubitandi. ¶ Ad secundū principale respondeatur, q̄ quando cōiunx incipit dubitare an vir sit verè maritus, cui tamen bona fide nupsit, tenetur reddere debitum petenti,

Q V A E S T I O . I I I .

Fol. 76

petenti, nō solūm quia vir est in possessione, sed præterea quia illa pars est magis tuta. Nam si vtrunq; fieret ex scientia, maius peccatum est fraudare coniugem coniugali debito, q̄ fornicatio. Et ideo in dubio soluēdū est debitum: quia, non soluere: est periculum iniustitiae coniugalis: & soluere solūm est periculum fornicationis. ¶ Ad confirmationem respondetur, q̄ prin cipi imperanti arma sumere, re dubia an bellum sit iustū, paren dum est: non solūm quia possessionem habet præcipiendi, sed quia præceptū spectat ad bonum publicum: puta ad defensio nem Reipublicæ: & ideo quāuis tunc immineat periculum, ne (si bellū sit iniustum) occidantur innocētes, non tātūm ponde rat hāc pars, sicut alia: quia ciues debitores sunt suæ Reipubli cæ: non alienæ. Non enim posset princeps bene defendere & tueri Rempublicam, si quoties indicit bellū deberet singulis ci uiuum rationem reddere belli. Satis est si optimatum id consilio faciat. ¶ Ad tertium principale respondetur, q̄ quādo vtrinq; est periculū, qui se exponit minori, nihil agit contra doctrinā sapientis. ¶ In confirmatione latet fallacia. Antecedēs enim fa cilē cōceditur: videlicet, q̄ quando ante præceptū prælati sub ditus dubitat de iure aut de facto, tunc adueniens præceptum prælati. (si modò probus & sapiens sit, nec agatur de periculo tertij) facit illam partem certam: quia nō dubitatur quin præla tus habeat autoritatē interpretādi ius & factū in dubio. Sed quæstio nostra est, quādo dubitāt de iure prælati: puta qñ du biū est an iuslū sit ei⁹ præceptū. Et ideo consequētia nō tenet.

Q V A E S T I O T E R T I A .



TRVM qui præter ius de secreto cri mine interrogat, iure possit verborū obscuritate & amphibologia interro gantem eludere. ¶ Ad partē negatiā arguit. Mētiri nulla de causa licet: vt la tē confirmat Augustin⁹ sup quintum psalmū, & in libro De mēdacio: quod referit. 22. q. 2. c. Ne qs. & c. Si qs. sed q̄ verbis amphibologicis aliū decipere intendit, quodāmodo mētiri: nā mētiri (vt non ē sonat) est con tra

tra mētē ire:quod ille videſ facere , q̄ aliud q̄ ipſe habet iudiciū gignere intēdit auditori:vnnde Augustin⁹ lib. Contra mēdaciū. cap.3.Culpa(inqt) mētientis est in enūciādo animo suo fallēdi cupiditas. Ergo illud non licet. ¶ Et confir. Veritatis virtus ea est,vt ſuā quifq; mētē illis explicet verbis,quæ ſecūdū cōmunē vſum talē habēt significationē.Nam(vt.26.Moral.inquit Gregorius,& refertur. 22.q.5.) humanæ aures talia verba iudicant, qualia foris ſonāt:diuina verò iudicia talia foris audiūt, qualia ex intimis proferuntur. Et ſubiungit, q̄ non debet intētio verbiſ deseruire,ſed verba intentioni. Ergo verbis obſcuris & amphibologicis aliū decipere,est veritati cōtrariū:atq; adeò vbiq; malū. Ob idq; Augustin⁹ in libro,De cōflictu vitiorū:quod ha betur.22.q.2.Nec artificioso(inquit) mēdacio,nec ſimpli verbo oportet quenq̄ decipere,quia quomodolibet mētitur quis, occidit animā . Et Isidorus libro.2.fent. vt refertur eadē cauſa. q.5.Quicūq;(inquit)arte verborū quis iurat,De⁹ tamē, qui cō ſcientiæ testis est, ita hoc accipit, ſicut ille cui iuratur intelligit. ¶ Secundō principaliter arguitur. Si liceret verborū amphibologia respōdere ad mentē respōdentis, ad decipiēdum interro gantē:cādē etiā verborum arte liceret iurare : nam quibuscūq; verbis,quę citra mendaciū licite proferri poſſunt,licet, quando eſt neceſſarium,adjicere iuramentum : ſed iurare illo modo nō licet:ergo nec citra mendacium alium decipere. Minor cōprobatur ſentētia Augustini in quodam ſermone qui ſcribitur.22. q.5.cap.Ecce duo.vbi ait.Qui ſuper lapidem iurat falſum, per iurus eſt. Erāt em̄ qui putabāt excufari à periurio,iurātes per hāc Euangeliā, ſuperponētes tamē manum,nō libro , ſed la pi di:quem ille qui iuramentum exigebat,putabat eſſe librū. Di cit ergo Augustin⁹ illos eſſe periuros:quia,Cū iuras(inqt)non iuras lapidi, ſed proximo & ante Deum:& quia proxim⁹ intel ligit te iurare per Euangeliā,periurus eſt. ¶ Tertiō principaliter arguitur. Decipere alium iure interrogantem , vitium eſt con tra veritatem & fidelitatem:ſed quod eſt cōtra huiusmodi vir tutes,de ſe intrinſecē eſt malū:ergo nulla ratione, nec ad repel lendā iniuriā,licet aliū decipere. ¶ Et poſtremō confirmatur. Si fas eſſet obſcuris verbis eū fallere , q̄ cōtra ius percōtaſ ſecretū, id etiā eſſet pro libito licitum ſine neceſſitate:vt puta cū inter rogatus

rogatus poſſet tacendo,vel appellādo,vel alia iusta via ſecretū cēlare: quod tamen non eſt facile concedendum: ergo neutiq̄ ius eſt,verborū amphibologia quenquam, quamlibet iniuste percontantem,decipere. ¶ Sed in contrariū eſt, quia vbi quiſ piam iniuria petitur vt ſecretum patefaciat , ius habet quacūq; arte cēlandi ſecretum , quamuis interrogans æquiuatione verborum fallatur,modò verba aliquem habeant ſenſum, quo citra mendacium proferri poſſint : vt docet Augustinus ſuper Genesin.q.27.& latiūs contra Faustum lib.22.vbi exponens il lud Abrahā, Gene.2.Dic obſecro quōd ſoror mea ſiſ:ait,aliud eſſe,verum cēlare:aliud verò mentiri.



Væſtio hāc præcipua eſt in hac materia ſecreti tegendi : atque adeò in qua aliorū mallem auſcultare ſententiā, q̄ meā dice re. Atverò, quia rē neceſſariā ſilentio præterire non poſſumus,tentabimus ad queſtione ſeptem conclusionib⁹ vtcunq; re pondere. ¶ Et, quō certa primū omniū ab ambiguis ſeparemus, iaciamus oportet primam hanc con clusionem,qua dicenda cunēta nitantur. Mendaciū nulla pror ſus de cauſa licitum eſt. Conclusionem hanc compertissimam t. Cōcluſ. habet Augustinus libro De mendacio. Fuerat enim forte anti quitūs philofophorum opinio, licitum eſſe mentiri pro vita amici ſeruanda,aut pro aliquo,id genus grauifſimo malo vitan do:quod mendaciū miſericors appellabāt:cuius meminit Plato.3.De rep. & 2.De leg. & Cic.pro Q. Liga. Et aduersus hunc errorem composuit Auguſt.libros illos duos de Mendacio , & Cōtra mēda.vbi ait,nec pro vita hoīs,nec (quod multo maius eſt)ad euitandum quodcunq; aliud peccatum,quantuncunq; grauifſimum,licere vñq̄ mentiri. Cui perinde ſententiæ theo logi vniuersi in.3.d.38.vno consensu ſubſcribunt. Ratio Auguſtini & doctorum eſt:quia abſolutē præceptū eſt in decalogo, Non falſum dices:& in.5.Pſal.Perdeſ oēs qui loquuntur mendaciū:& Ecclesi.7.Noli mētiri omne mēdaciū. Vbi in vniuer ſum, nulla cauſa excepta , prohibetur omne genus mendaciū. Quod ſi quis hēſitans arguerit , inde ſolū colligi mendaciū, ſine cauſa prolatū , eſſe malum : nihil tamen vetare,quominus aliqua

M E M B R I T E R T I I.

aliqua de causa possit fieri bonū:sicut ecclesiasticum ieiunium licet frangitur propter infirmitatem.Respōdetur,q̄ ratio conclusionis ad intentionē Augustini est huiusmodi:vt est apud S.Thomam.2.2.q.110.art.3.Id quod est intrinsecē & de ḡnē suo malum , nulla de causa fieri potest vt sit bonū:sicut ignis quia suapte natura est calidus,nullatenus fieri potest vt non sit calidus.sed mendacium,vt dicit Aristoteles.4.Eth.cap.7. per se improbum est & vituperabile:quia voces naturae ordine debent verē significare cōceptus:ergo mendacium propter nullam causam potest esse lictū.Attamē dissensio est inter S. Thomam & Scotū & pl̄erosq; alios,q̄ S. Thomas hac ratione putat, oīa præcepta decalogi adeo esse intrinsecē bona,vt nec Deus posset in illis dispensare:itaq; non potest facere vt mēdaciū (salua semper ratione mendaciū) sit bonū:quemadmodum nec facere potest vt ignis nō sit calefactiuus.Alij verō putat Deū posse dispēsare aut in omnibus,aut in aliquibus præceptis decalogi. Quā quidem cōtrouersiam,non est præsentis loci dirimere:sed satis est,hoc esse apud omnes cōpertissimū (quicquid sit de dispensatione diuina)communi lēge nullatenus fas esse mentiri.Hoc ergo sit fundamentū hui⁹ q̄stionis,quod ponit S.Thomas.2.2.q.69.ar.1.Qui per iniuriā interrogatur,iure pōt veritatem cælare:cui tamen mēdaciū dicere, nulla ratione licet. Quo sit vt possit vti q̄buscūq; amphiboliis:dū modō possint in aliquo usū sensu citra mēdaciū intelligi:quis interrogās in alio sensu decipiat:quia ius est cuicūq; repellēdi p̄priā iniuriā, nō obstante alteri⁹ detrimēto. Hoc habito fundamēto, dicēdum nobis prius est,de modo tegēdi cōfessionē sacramētale,vbi minus est ambiguitatis :mox de alijs secretorū generib⁹ sacerdotaliū. Sit 2. Cōclu. ergo secūda cōclusio. Ad tegēdū secretū confessionis lictū est vbiq; sacerdoti,dū ea interrogatur quæ in cōfessione nouit respōdere se nescire,nec alia opus habet verborū arte:quia id potest in tali casu citra mēdaciū respōderi.De hac cōclusione satis cōuenit inter doctores (præter Gabrielem) in.4.d.21. tametsi de ratione dissentiat. Enim uero Ricardus ar.4.q.1.hac vtitur ratio ne. Eadē p̄sona verē affirmare potest aliquid , loquēs in p̄sona alterius,quod verē negat loquēs in p̄sona p̄pria. Angel⁹ em̄ loquēs Moysi in p̄sona Dei Exo.20.verē dixit. Ego sum Dominus

nus

Q V A E S T I O III.

Fol.78.

nus Deus tuus,qui eduxit te de terra AEgypti: quod verē negasset si loqueretur in persona propria: sed sacerdos ea quæ audiuit in confessione nouit in persona Dei , & extra confessionem interrogatur vt persona propria: ergo quod in confessione potest affirmare se scire vt Deus,potest extra confessionem simpliciter dicere se nescire. Hæc verō ratio meritò non placet Scoto:qui eadem.d.q.2.scitē arguit aduersus eam . Aliud enim est quempiam loqui in persona alterius: id est fingendo se esse alium (sicut persona comoediæ loquitur vice Chremetis aut Pamphili,cuius personam induit:quomodo Angelus de rūbo loquebatur in persona Dei)aliud est loqui in persona alterius: id est,authoritate alterius(quemadmodum prætor autoritate quam accepit à rege, profert sententiam perinde ac si à rege pronunciaretur)& sacerdos in sacramento confessionis non agit personam Dei primo modo, vt putat Ricardus: sed secundo modo,tanquā minister:secundū illud,Io.20. Accipite spiritum sanctum,quorum remiseritis peccata,remittuntur eis:vbi collatum est hoc ministerium:ergo quæ audiuit in cōfessione, nō solum scit vt Deus,primo modo , sed vt propria persona & minister Dei . Et secundò arguitur argumento Scotti . Clavis scientiæ ordinatur in clauem potestatis: ergo quemadmodum sacerdos absoluit,cognoscit peccata: sed in persona propria dicit,Ego te absoluō:sicut in alijs sacramentis dicit:Ego te baptizo:aut:Ego te consigno:ergo in persona p̄pria nouit illa peccata à quibus absoluit.Magister enim senten. est qui in.4.d.8. opinatur,q̄ sacerdos non absoluit cōfidentem,sed ostendit ab solutum.In quo non tenetur . Imō certè sacerdos absoluit qđ vel illo verbo Christi exprimitur: Quorum remiseritis. Vnde Chrysostomus libro tertio . De sacerdotio . Sententiam (inquit) Dei præcedit sententia sacerdotis , & sententiam sacerdotis confirmat Deus. Quo nostri interim,præstant sacerdotibus veteris legis:qui vim non habebant , animarum purgatoriam . Et tertio arguitur. Quia si sacerdos loqueretur in persona Dei , ad sensum Ricardi , non præmitteret precēm illam, Dominus te absoluat : nec diceret: Authoritate mihi cōmissa, ego te absoluō:nam verba illa in persona Dei prolatā falsa es-sent . Et postremō confir. Quia si vera esset opinio Ricardi,

tunc

MEMBRI TERTII.

tunc sacerdos reuelans peccata in genere, dicens se scire multa esse peccata in populo, aut se scire conscientiam Petri mentiretur (cum loqueretur in persona propria: & tamē nō scit illa, nisi in persona Dei) sed consequēs est falsum: quia secundūm doctores in eadem dist. illo modo reuelare peccata, nullum est peccatum, si fieret sine scandalo. ¶ Statim Scotus prosequitur probare, q̄ non licet sacerdoti reuelare confessionem, alijs rationibus quā Ricardus: quas nō est presentis loci recensēre. Sed nihil dicit an liceat sacerdoti respondere: nescio. Tametsi in. 4.d.15.q. 4.ar.3.id iſinuat licere. At verò Gabriel. d.21.ar.3. propter argumenta Scotti dicit, q̄ sacerdos simpliciter scit ea quæ audiuit in confessione. Vnde colligit, q̄ interrogatus nec potest respōdere: scio: nec: nescio: quia primū effet reuelare secretū sacramenti, & secundum effet mendacium. Et quamuis silentiū sacerdotis suspicionem faciat interroganti, verum esse id quod interrogat, nihil (inquit) ad sacerdotem: quia silentium de se nō generat magis illā opinionem, quā contrariam, sed à malitia interrogantis gignitur illa suspicio. ¶ His verò nihil obstantibus, primum omnium non est neganda illa locutio: q̄ videlicet sacerdos quæ audiuit in confessione scit vt Deus, & non vt homo: quippe, quæ nō solū apud doctores in. 4.d.21. & De pœnit.ca. Omnis vtriusq; sexus. sed apud pontifices est receptissima: vt cap. Si sacerdos. De offi. ordi. & alibi s̄ape. Sed tamē verba illa nō faciunt sensum, quem putat Ricardus: puta q̄ scit vt Deus, sicut Angelus loquebatur in rubo: imo sensus est quem comprobāt rationes, quas iam modo faciebamus: nempe q̄ scit vt minister autoritate Dei. At verò nihilomin⁹ vera est nostra cōclusio: vt puta, q̄ sacerdos interrogatus (si modò nihil nouit nisi in cōfessiōe) potest respōdere se nescire. Et quādo nulla effet alia ratio, satis effet authoritas theologorū & canonistarū id cōcorditer afferentiū locis citatis: & præsertim Bernardi: q̄ ait: Nihil minus scio, q̄ quod in cōfessiōe scio: & præterea vsus omniū Christianorum. Voces enim eo modo significant, quo recipiū tur à populo: populus autē Christianus, dum audit sacerdotē iurantē se nihil scire, nihil intelligit, de his quæ nouit in confessione: quare verba illa solum significant nihil se scire extra confessionē. ¶ Est tamē secunda, & quidem propria ratio. Nam sacerdos

Q VAE S T I O. III.

Foſ.79

cerdos ea quæ audiuit in sacramēto, quanq̄ nouerit vt particulares persona, nouit tamē ea in foro & iudicio Dei: quod quidē Deus voluit esse adeò occultū, vt peccata illic cōfessa habeātur omnino pro oblitis: acsi nō fuissent: secundūm illud Psal.31. Beati quorū remissæ sunt iniquitates, & quorū tecta sunt peccata: & Ezech.18. In quacunq; hora ingemuerit peccator: iniquitatū eius nō recordabor. Quare sacerdos, quēadmodū Deus, dicēs: Ego te absoluo: promittit habere peccata acsi nunq̄ audiisset: atq; adeò in foro exteriori citra mendaciū potest dicere, se illa nescire. Et hic est sensus illorū verborū: sacerdos scit vt Deus: id est, scit, tanq̄ minister Dei & ad modū eius. ¶ Et cōfirmatur hec ratio. In alijs iudicijs cū iudex tanq̄ persona publica in uno foro, puta Ecclesiastico, nouit aliquā causam, si postmodū sit iudex in alio foro, videlicet sacerdotali, tūc potest dicere se nihil nouisse de illa causa: intelligitur enim in illo foro. ¶ Sed tertio arguitur. Scire: quāuis vulgari sermone dicatur etiam illud quod idoneis testibus credimus, tamen propriè id solū sciri dicimus, quod mentis firma ratione cōprehendimus (verba sunt Augustini. i.retrac.cap. 14.) & tamē quod aliorū relatione nouimus, profectō nō certō cognoscimus: quia cū sit omnis homo mendax, potuit qui retulit mentiri: quare propriè nō dicimur illud scire, sicut loquitur Aristoteles de scientia. i. Post. Nam scientia est certa & euidēs cognitio veritatis. Quæ diffinitio à iuris etiā peritis recipitur: Baldus enim. L. Scire leges. ff. De leg. Scientia (inquit) est infallibilis notitia veritatis. Quò fit, vt quanuis ille qui est testis ex auditu, multū faciat aliquādo in iudicio ad cōiecturas: vt colligitur ex cap. Præterea. De test. & cap. Hoc vide tur. 22. q. 5. tamē nunq̄ absolute testis in iudicio dicitur rem scire, nisi q̄ visu illā, aut alio sensu experimētaliter nouerit: vt habetur cap. Testis. 3. q. 9. vñ Io. 3. Quod scim⁹ loquimur, & quod vidimus testamur. &. i. Io. 1. Quod audiuim⁹ (scilicet ab ipso ore Christi) quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ cōrectauerunt, hoc testamur. Et ideò sub disiūctione testis interrogatur, an sciuerit vel audiuerit: quia audire non est scire. Tunc sic arguitur. Sacerdos ea quæ audiuit in cōfessione, nō nouit nisi relatione illius qui mentiri poterat: ergo dicēs se nihil eorū scire, nō inentitur. Et quāuis illa verba possent face

L re sensum

MEMBRI TERTII.

re sensum vulgarē, vt negetur etiā scientia ex auditu, satis tamē est, q̄ habēt vnum verissimum sensum, vt citra mendaciū profērantur. ¶ Et postremō arguitur. Si sacerdoti, dum tyrannicē interrogatur, nihil aliud liceret, q̄ tacere, profectō multū inde sigillum detrimenti pateretur. Nam, quāuis qui tacet nec ait nec negat, tamē in communi ysu hoīm, cum quis nō negat, crimen cuius negatio in laudē cederet, cōfiteri videtur. Vnde qui tacet in iudicio, habetur pro cōfesso: vt. L.1.tit.3.lib.3.ordinationum. & l.12.&.13. De ordine iud. in pragma. reg. Aliæ rationes cōmunes sunt, & sigillo cōfessionis & sēcularibus secretis. ¶ Alia secrētorum genera sēculariū nō sunt (vt puto) tā cēlatu difficultia, in teste qui de alieno crimine interrogatur, q̄ in reo, dum interrogatur de proprio. Et ideo in hac secunda parte huius quæstio-

niis dicendū est de teste, & in tertia, de reo. ¶ Sed tamē de vtroq; statuitur primum tertia cōclusio. Qui per iniuriā interrogatur de secreto crimine, debet prius, si potest, defendere se aut appellando, aut tacendo, ostendendo in promptu per iniuriā interrogari: vt colligitur ex S. Thoma. 2.2.q.69.ar.1. si modo id facere possit, absq; eo q̄ generet vehementē suspicionē criminis: quod tamē iam modo dicebamus non esse facile. Probatur quia legitimus & iuridicus modus est, cum quis per iniuriam interrogatur, nō respōdere: & alia remedia nō admittuntur nisi in necessitate: puta quando modus legitimus, grassante iniuria, nō sufficit. ¶ Quarta cōclusio. Testis qui præter ius de occulto criminē interrogatur, nec se potest defendere tacendo (salua maiorū censura) respōdere potest se nihil scire. Hanc conclusionē nō tā habeo cōpertā, q̄ secundā: nec eā volo esse tā certā & probatā. Haud enim nescio doctores esse grauissimos, qui cū certo affirmit fas esse sacerdoti dicere, Nescio: id tamē dubitāt in alijs secretis sēcularibus: tametsi nec adeò id negēt, vt iuniores quidā opinantur. Verba sunt Gersonis alphabeto. 34. Q. Postq; enim dixit licere sacerdoti respōdere: Nihil scio, subiungit: Si autem possit similiter in alijs purē secretis ita respōdere sine mēdacio, ego non audeo definire: videretur tamē alicui par ratio, vt par verbi intellectus. Hæc Gerson. Vbi magis alludit ad partē affirmatiuā, q̄ ad negatiuā. Et Scotus. 4.d.15.q.4.ar.3. cū admonuisset reum iniustē interrogatū, vt ad modū iuristarū neget propo-

sita vt

QVAESTIO. III.

Fo.80

sita vt pponunt, subiectit: Sed nūquid si neget, intendēs negare sicut sacerdos facit de cōfesso, dicēs: Nihil mali scio: an teneat pœnitere? Respōsio. Bonarū mētiū est culpā agnoscere, vbi culpa nō est: & ideo in tali casu tutū est pœnitere. Vbi Scotus certè non loquitur de teste, nec negat ipsum licet posse respondere: Nescio: sed loquitur de reo qui negaret se fecisse. De quo adhuc dubitat. Et. S. Tho. 2.2.q.69.art.1. nec ait nec negat: sed hoc solū dicit, q̄ reus iniustē interrogat⁹, pōt per appellationē vel aliter licet subterfugere: mēdaciū tñ dicere nō licet. At verò Adrian⁹ nō ignobilis author, quot. II. respōdendo ad secundū principale, dicit esse licitū in alijs secretis respōdere, Nescio, sicut in secreto cōfessionis. Cui consentit nr̄ Syluester, verbo, mēdaciū. §.6. ¶ Sed, quicquid sit de authorib⁹, pbatur cōclusio rōne. Et primō. Si qui interrogat solū id nouerit ex aliorū relatione, ambiguī nō potest, quin possit simpliciter respōdere se nescire: vt patet ex tertio argumēto modō factō ad secundā cōclusionē. Imō nō solū si iniustē, sed dū iure & ratione interrogat, nullā iniuriā facit qui respōdet se nescire, quod aliorū relatu nouit, q̄ mētiri potefāt. Nisi esset res admodū manifesta. Si em̄ ego negarē me scire esse Romā: q̄uis eā nō vidi, mētiri iudicarer. Sed ad rē, probat, q̄ dū testis secretū de quo interrogat nouit visu, vele experi mēto cuiusq; sensus, respōdere possit se nescire. Qñ quis in iudicio interrogat veritatē, solū interrogat scd'm ius (nā præter ius, nullus habet iudex potestatē interrogādi: id em̄ possum⁹ quod de iure possum⁹. cap. Faciet. 22. q.2. & l. Filius. ff. de cōstitut.) sed secundū ius inquisitio fieri nō potest de occultis: vt expresse cāuetur cap. Qualiter & qñ. el primo. De accus. ergo testis solū interrogat, an sciat aliquid quod nō sit iure occultū: & per cōfē quēs, r̄iūdens se nihil scire nō mētitur, si nihil aliud sciat, q̄ quod est iure occultū. ¶ Ad hoc iuniores quidā, aliās egregiè docti, sustinētes cōtrariū, respōdēt q̄ in illo capitū. citato, solū habet q̄ iudex exigēs iuramentū, debet in forma excipere occulta crimi na: vt videlicet iurēt testes quicquid sciunt, exceptis occultis: & tūc manifestū est, testē posse citra mēdaciū respōdere se nihil scire: q̄a respōdet ad intentionē iudicis. Si tamē iniquus iudex nihil excipit, sed petit iuramēto, vt dicāt testes quicquid nouerint simpliciter: tunc est quæstio an liceat respōdere se nihil scire: &

L 2 dicunt

dicūt isti nō esse licitū: quia verba vt excusentur à mendacio, debet proferri ad intentionē interrogantis: & in tali casu verbū: Nihil, nō habet vnde restringatur: & ideo sensus est, q̄ ille nihil scit, nec publicū nec occultū: quod est mendaciū. ¶ Hi tamē aut nō capiūt, aut dissimulāt vim argumēti. Enim uero nō solū iure tenentur iudices inquirentes exceptionē exprimere de occulis: vt latē mēbro. 2. monstratū est: sed quādo iniquus iudex illam non faciat, iure ipso intelligitur facta: & ideo verba: Nihil scio, iure ipso restricta sunt, vt intelligentur de illis criminibus, quae iuridicē possunt inquiri, in quibus reuelādis testis subjicitur tali iudicio. Vnde, licet nō respōdeant ad intentionē iudicis iniquitatis, interrogātis sine exceptione, respōdent tamē ad illā quam iure deberet habere. ¶ Et cōfirmatur hoc: quia si probus iudex & sapiens, me interrogaret in vniuersum quicquid scio, optimē respōderem: Nihil scio (quāuis aliquid secreto scirem) quia conicerē intentionē suā esse solū interrogare illa quę iure potest: ergo eadē ratione, quādo improbus aliquid præter ius interrogat, qui respōdet ad intentionē iuris nō mentitur. ¶ Sed quid si in particuliari me interrogat, vtrū Petrus occidit Ioannē (quod ego solus vidi) videtur esse mendacium si respondeam: Nescio: nam non appetet quomodo illud verbū restringatur à iure. ¶ Respōdetur, q̄ iure possum respōdere: Nescio, quia iure intelligitur: Nescio vt dicā: aut nescio eo modo quo iure debeā dicere. Ne hoc est tam pulchrum cōmentum, q̄ nōnulli existimant: nam cum voces sint signa eorum quae sunt in anima: vt inquit Aristoteles. 1. Periher. nemo potest respondere nisi illud quod scit: & ideo perinde est: quempiā interrogare de aliquo facto, ac si interrogetur quid sciat de illo facto. Vnde sicut iniuste interrogatus quid sciat de hoc homicidio, potest respondere: Nihil: nā iure intelligitur: quod debeā dicere: ita interrogatus an Petrus fecit hoc homicidium, potest respondere: Nihil scio: quod est: Nihil debeo dicere. ¶ Nec abs recertē adducitur huc illud Mar. 13. De illo die nemo scit, nec filius hoīs. Nam quāuis multifariā à doctoribus exponatur: vt adnotat S. Thomas. 3. p. q. 10. ar. 2. (Origenes enim exponit de corpore Christi mystico: quia Ecclesia nescit illum diem: alijs glossant de Christo secundū scientiā acquisitā: secundū quā Christus nō nouit illū diem:

atq;

atq; aliter alijs) tamē profectō germanus sensus illius verbi est, q̄ Christus nescit illū diē, vt dicat in hac vita: nō modo propter authoritatē sanctorū ita exponentiū, sed q̄a textui nullus alijs sensus cohēret. Cum em̄ Apostoli rogassem Christū: Dic nobis qñ ista fiēt, & quod signū erit, quādo hāc oīa incipiēt: & Christus ad secundā partē interrogationis respōdisset, tradēdo signa iudicij: ad primā partē, quasi respōsum negās, ait: De die illo nē mo scit: nec filius hominis, id est: Nec vobis in hoc tēpore expedit scire (vt ait Hieronymus super Matth. cap. 24.) nec mihi cōuenit dicere (vt ait Augustinus lib. 1. super Genesim cōtra Manichæos) quasi dicat. Ego, quatenus redēptor, habeo vos doce-re quae pertinēt ad redēptionē: & ad finē redēptionis pertinet, vt ignoretis hunc diē. Ergo tantū valet: filius nescit: sicut: filius nō debet facere vt sciatis. Sicut è cōtrario, Gen. 22. Nunc cognoui q̄ timeas Deū: tantum valet, sicut: Nunc feci vt cognosceres. Revera absq; scrupulō affirmauerim hāc quartā conclusionē, quoad me maiores contrariū doceāt. ¶ Sed est cōtra illā argumentū. Quādo yna pars cōtradictionis est vera, altera est falsa: sed quādo quis secreto quid sciuit, verū est si dicat: scio: ergo falsum est si dicat, nescio. ¶ Respōdetur, q̄ quoties quis per iniuriā petiſ, vt reuelet secretū: siue sit secretū sacramēti, siue aliud sēculare, respōsio negatiua est vera, & affirmatiua falsa: q̄a restringitur à iure sicut negatiua. f. Aliquid scio quod debeā dice-re. Si tamē sua spōte absq; necessitate sacerdos illas cōtradicōrias proferat, tūc ait Durād. 4. d. 21. q. 4. q̄ affirmatiua est vera: quia tūc nō restringitur, & negatiua est falsa. Sed nihilominus dices se scire, peccat reuelādo confessionē. Palude vero eadē distinctione. q. 3. ait, q̄ quāuis sua spōte proferat illas cōtradicōrias, vbiq; affirmatiua est falsa, & negatiua vera: quia sensus est, se aliquid scire quod debeat dicere, tanq; hō: quod falsum est, siue cōpulsus id dicat, siue nō. ¶ At vero crediderim (cū sermo est de cognitis in sacramento) negatiua semper esse verā & affirmatiua falsam, vbiq; proferantur, propter tertiu argumen-tum quod fecimus ad secundam conclusionem: quia quod notum est solum ex relatione, propriè non dicitur sciri: nec opus est alia restrictione. Si tamē scire extēdatur ad ea quae testimoniō aliorū nouimus, tūc qñ sacrilegus sacerdos sua spōte reue-

L 3 lat con-

MEMBRI TERTII.

lat cōfessionē, parū refert quomodō loquamur: nā siue affirma-
tiua sitvera, siue falsa, vtroq; modo est graue peccatū referare si-
gillū. Fortè verisimilior est opinio Petri de Palu. nō tūc propter
rationē suā, sed quia sacerdos nō modo quādo petitur per iniu-
riā, sed extra illū casum, potest dicere se nescire quæ audiuīt in
cōfessione. Exēpli grā. Est sacerdos in cōcione & colloquio, vbi
incidit sermo de illo cui⁹ cōfessionē audiuīt, cui⁹ mores alij pro-
bāt, alij reprobāt. Pōt pfecto sacerdos, & deberet, dicere: Nihil
mali scio de hoīe. Et id nō solū qñ eius silentiū suspicionē face-
ret, aliquid se scire in cōfessione (nā tūc teneretur oīnō) sed etiā
propter comitatē, posset hominē illa ratiōe laudare. Quare tūc
etiā negatiua est vera, & affirmatiua falsa. At verò nulla aut ne-
cessitate aut vtilitate id exigēte, nō debet sacerdos temerè affir-
mare se nihil scire (quis nihil sciat nisi in cōfessione) quia tunc
fortè aut accipitur in sensu vniuersali, vt ait Durādus, & sic erit
mendaciū, aut saltē verbū erit vanū. ¶ Quod si quis arguat. Se-
queret, q; sacerdoti nullaten⁹ liceret in genere dicere: scio aliqua
esse peccata in populo: nā eādē ratiōe illa affirmatiua esset falsa,
si nō sciret nisi in cōfessione: cōsequēs est falsum: nā illud citra
scādalū licitū est, quia nō est reuelatio cōfessionis, nec cōdemna-
mus sacerdotē dicentē, se scire cōscientiā & pctā Petri. Respōde-
tur cōsequentiā nō valere: quia illa affirmatiua nō est reuelatio
sacri: & ideo accipiēda est in sua ppria significatione: atq; adeo
tūc est vera. ¶ Sed de alijs secretis sācularibus qñ quis sua spōte
reuelat secretū quod ppriēscit, puta visu vel alia experiētia, cre-
do verū dicit, cū ait se scire. Est em̄ alia ratio de sigillo cōfessio-
nis: vbi, cū sacerdos nihil sciat nisi vt Deus, quomodo cūq; reue-
let vt hō, fortè mētitur. Alia verò secreta sciūt hoīes, vt hoīes: &
ideo dicētes se scire, verū dicūt (nisi cū vi & iniuria interrogātur)
peccat tamē cōtra secrētorū fidē. ¶ Sed hoc est quod me dubiū
Dubium. peius torquet. Quid si improbissim⁹ homo interrogaret testē:
dic mihi quicquid scis de hac re, q̄tumcūq; secretū sit, nec pos-
sit iure reuelari? Videtur em̄ tūc respōderi nō posse, nescio: nā
tūc cū alter expresse interroget id quod nō debet dicere, nō vi-
deo quō in verbo, nescio: possit subintelligi restrictio cōtradi-
ctoria: vt dicā, quippe quē exclusa est ab interrogāte. ¶ Re vera
fortè tūc responsio illa, nescio: nō careret mēdacio. Sed esset sic
interrogās

Q V A E S T I O . III.

Fof. 82

interrogās obiurgādus, tanq; indignus cui aliquod responsum
redderetur. Tametsi forsan etiā tūc à iure restringitur respōsio:
quicquid malitia interrogātis verbis expresserit. ¶ Attamē su-
persunt ex his cōclusionibus dubia nōnulla. Primū. Quid si ty- Dubium.
rānus nō satis habet, vt sacerdos dicat se nescire, sed vrget vt di-
cat an audierit. ¶ Respōdetur, q; potest verē respōdere se nō au-
disse: primō, quia Christianus populus nihil intelligit per illa
verba de his quæ audiuīt in cōfessione, & præterea quia id non
audiuit, nisi tanq; Deus, vt habeat tūc pro obliito, acsi non esset
dictū. ¶ Sed quid si percōtetur, an audierit in fac̄o cōfessionis?
vtrū licitē possit negare se audijisse? nā dicere, nescio: nihil iuuā
bit: maxime dū est verisimile non fuisse oblitū. ¶ Haetenus opi-
nionem secutus communem, respondebā inter legendū, licitū
esse sacerdoti dicere, se nō audiūsse in cōfessione, sed re modo
oculatius inspecta, verisimilius mihi videor aliter sentire. ¶ Et
probatur id non licere. Primō, quia quis in illo verbo: non au-
diui: cōmodē possit intelligi restrictio: extra cōfessionē: in hoc
tūc: nihil audiui in cōfessione: incōgrue pfecto admodū intelli-
gi potest: eo q; interrogās explicat contrariū. s. an audiuīt in cō-
fessione. Et ideo nō excusatur à mēdacio: quemadmodū nō ex-
cusaretur, si diceret: nihil audiui, nec tanq; De⁹, nec tanq; homo.
Et cū, nec ppter sigillū cōfessionis, mētiri permittāt, fit vt illud
responsum nō sit licitū. ¶ Secūdō, pbatur, tale responsum nunq;
esse necessariū. Sigillū em̄ cōfessionis adeo debet esse sanctū, vt
nō solū nō affirmemus quæ illic audiūimus, sed nec negemus
quē illic nō audiūimus. Vnde si sacerdos inductus in testē inter-
rogetur, an pœnitēs fecerit homicidiū: quis ille fuerit innocēs,
nec crīmē fuerit cōfessus, non debet sacerdos dicere: nunq; hoc
audiui in cōfessiōe: quia quis illud sit verū, nec sit reuelatio sigil-
li, quæ cauetur in iure, est tamen quædam contaminatio sacra-
menti, nec potest esse sine scādalo. Secus si post mortem dicat
confessor: Nunq; talis confessus est mihi peccatū mortale: quod
etiā rarissimē fieri debet. Ergo si impudentissimus tyrannus ro-
get sacerdotē: an hoc audisti in cōfessione in quantū Deus: hoc
illi respōso reprobrandū est verbū. Sacrilege hæc est sacri reli-
gio, vt nec si pœnitens mihi dixisset, affirmare possem: nec si
non dixisset, negare deberem: nec affirmatio nec negatio mea

L 4 potest

M E M B R I T E R T I I.

Dub.

poteſt tibi facere fidem: quare neutrā à me reſpoſionē expe-
ctes. Quæ quidē verba nullā profectō de ſe fuſpitionē generat,
verū ne ſit quod interrogatur. At nō cōtendo renuere, quin da
to caſu quo nō poſſit aliter cælari ſigillū, liceat reſpōdere: non
audiui in cōfeſſione: quia vniuerso populo receptū eſt, vt ver-
ba illa excuſent à mēdacio. Sed credo nunq̄ eſſe neceſſariū: atq;
adeò diſſicile poſſe excuſari à mēdacio. ¶ Sed tamē ſi tyrannus
interrogaret ſacerdotē, an Petrus occidit Ioannē (quod ſacer-
dos nouit in cōfeſſione) nec eſſet cōtētus illa reſpōſione: nescio:
tunc Adrianus in. 4. q. De ſigillo. dicit, q̄ ſicut poſteſt reſpōdere
ſe nō audiuiſſe in cōfeſſione, ita poſteſt reſpōdere, q̄ Petrus nō
occidit. Sed re vera in hoc nulla prorsus eſt apparentia. Primō,
quia in illo verbo: Petrus nō occidit: nullus poſteſt ſubintelli-
gi modus, qui illud excuſet à mendacio. Ineptiſſima eīm interpre-
tatio eſſet: nō occidit vt dicā: quia facta nō habet ordinē imme-
diatū ad hoc quod eſt dicere, ſicut, ſcire: & alia yba ſensationū.
Et p̄t̄terea, quia illa reſpōſio nunq̄ eſt neceſſaria. Poſteſt enim
cōvinci tyranus, nō ſolū hoc reſpōſo quod modo dicebamus,
ſed poſteſt adhuc addere ſacerdos. Quō poſſum dicere Petrum
occidiſſe, cū id nesciā? Nam quanq̄ id mihi eſſet cōfeſſus, forſan
eſſet mētitus: & quanq̄ tacuifſet forſan voluit cælari, & fiſtē cō-
fiteri. Et hēc de ſacerdote. ¶ Alterū dubiū eſt de alijs ſæculari-
bus ſecretis. Vtrū qui iniuſtē interrogatur de ſecreto, & poſtq̄
reſpōdet ſe nescire, adhuc vrgetur vt repondeat ſimpliciter an
Petrus occidit Ioannē, affirmādo vel negādo, vel an vidit homi-
cidiū fieri, an audiuit: vtrū (inquā) liceat reſpōdere nō vidi, nec
audiui, aut Petrus nō occidit? ¶ Aliquando in lectionibus no-
ſtriſ excogitauiimus modū, quo teſtiſ abūde ſe poſſet protege-
re. Dicebamus enim, q̄ quemadmodū licet tunc teſti dicere ſe
nescire, ita licet ei negare oīa verba ſenſuū que pertinēt ad ſcien-
tiā: vt puta dicere q̄ nec vidit, nec audiuit, nec eſt memor: quia
hēc oīa verba explicat quodā modo ſcientiā: & ideò videntur
poſſe codē modo reſtrīgi: ſciliçt, nec vidi, nec audiui vt dicā.
Et ſi hēc reſpōſio ſaluartetur à mendacio, profectō ſufficientiſ-
ſima eſſet ad cælandū ſecretū alienū. Nam tunc cum teſtiſ iniu-
ſtē interrogaretur an Petrus occidit, poſſet reſpōdere q̄ nec au-
diuit, nec vidit, nec omnino ſcit: & quod nescit, nec affirmare
poſteſt

Q V A E S T I O III.

Fol. 83

poteſt nec negare. At verò iam mō vereor rem adeò extendere:
nec ſum tā cert⁹ an in verbis: nō vidi: nō audiui: poſſit aptē ſub-
intelligi: vt dicā: ſicut in verbo, nescio. Nec forſan ego ita reſpō-
derē: ſed tñ nec eum prorsus cōdemnarem qui ita responderet.
¶ Tertia & poſtrema pars hui⁹ quæſtionis ad reū ſpectat, quē
nō eſt tam facile inſtruere, vt citra mēdaciū ſe protegat. De quo
ſtatuitur quinta cōclusio. Reo, cūm iniuſtē interrogat de pro-
prio, ſed ſecreto criminē, nec poſteſt reſpōdere ſe nescire, nec li-
cet negare verum criminē, dicēdo: nō feci. Prima pars eſt mani-
feſta: nam riſicula eſſet reſpōſio, ſi hō diceret ſe nescire, dū inter-
rogaſ de proprio opere: nēpe cuius nō eſt veriſimile ſe eſſe obli-
tum. Secūdæ verò parti conclusionis nō cōſentiunt oēs docto-
res. Imō Adrian⁹ in. 4. in. q. De ſigillo. in ſol. 2. argu. q̄ uis loqua-
tur de ſacerdote productō in teſtē, interſerit tñ generaliter, q̄
reus iniuſtē adiuratus de criminē, quod iure eſt occultum: quia
nō teneſ ſe metipſum prodere: pōt ſecundū oēs doctores reſpō-
dere, q̄ nihil de faēto illo nouit, vel certē q̄ nō fecit. Hēc Adria-
nus. Veruntñ nescio qui ſint illi oēs doctores. Fateor me nullū
legiſſe. Sūt qui impingant Scoto, q̄ licet adulteræ, cūm iniuſtē
interrogaſ à marito de adulterio ſub comminatione mortis, re-
ſpōdere ſe nō eſſe adulterā: quod tñ nusq̄ legi apud Scotū. imō
verò Scot⁹ in. 4. d. 15. q. 4. ar. 3. vbi loquitur de reo iniuſtē inter-
rogaſ, admonet ut reſpōdeat his verbis: Nego, ppoſita ut pro-
ponūtur: ut iure publica. Quōd ſi iudex vrgeat eū, ut conſiteat
propositū, vel ut neget, reſpōdere poſſet, q̄ ipſe reſpondit ſuffi-
cienter ad accuſationē. Hēc Scot⁹. Vbi nō cōcedit licentiā dicē-
di: nō feci: ſed nego proposita ut proponūtur. Subiūgit tamē.
Sed nūquid ſi neget, intēdens illud negare ut propositū eſt. ſ. vt
publicū, teneſ ille poenitere tanq̄ de mēdacio? Repondeo. Bo-
narum mentiū eſt culpā agnoscere, vbi culpa non eſt: & ideò
tutū eſt tunc poenitere de illo quale eſt, ſub dubio an ſit venia-
le, vel mortale. Hēc Scot⁹. Vbi ſub dubio relinquit an liceat di-
cere: nō feci: & magis inclinat in partē negatiuā. At verò quicqđ
ſit in aliorū opinione, nulla mihi tamē, vel apparenti ratione,
peruadēre poſſum, vt liceat occulto peccatori iniuſtē interro-
gato dicere: nō feci. Nec video quō poſſit illud excuſari à men-
dacio: nam maximē quia ſubintelligitur: non feci ut dicam: ſed
profactō

MEMBRI TERTII.

profecto sensus ille violētissimus est: & enim quia dicere: procedit ex sciētia in verbo: nescio, pōt subintelligi: vt dicā. i. nō scio tali scientia quæ iure sit propalāda: attū opus non habet talem ordinē ad sermonē. ¶ Sed aīs fortē alia ratione posse illud verbum excusari à mendacio, per æquiuocationem tēporis. Vt si adultera adinīsit amicū heri, possit modō iurare, nō fecisse adulterium: vt subintelligatur: hodie. Quēadmodū Angelus de Perusio super. l. Idem. ff. de condi. ob turpē causam. & Ananias. c. Qui cū fure: extrā De furtis. referūt de beato Frācisco, q̄ cū Perusij, rogaretur à prātore persequēte criminōsum quēdā, an vi disset eum transire, respondit: non transiuit hac: sinū vestis insi nuans. Sed re vera commētum hoc minūs placet. Nam et si qui iniustē interrogatur, non teneatur respondere ad intentionem interrogantis, tenetur tamē eis verbis secretum cēlare, quæ in aliquo sensu recepto apud vulgus, vel apud sapientes fint vera: aliās mētitur: quod neutiq; licet. Et certē oratio: non feci: facit sensum vniuersalem: nunq; feci: & non trāsiuit hāc: refertur ad illum locum de quo alter interrogat. At qui diuus Frāciscus forsan aut falsō circumfertur vt author illius responsi, aut putauit vir sanctissimus id esse licitum. Alium cōmemorat diuus Augustinus sanctum episcopum Firmū nomine: firmiorem (inquit) volūtate: qui, cūm ab eo quārerent apparitores, quē ad se confugientes occultauerat, hoc solū respōdit, nec mentiri se posse, nec hominem prodere. Multaq; passus tormēta in sententia permāsit: Qua nimirū patientia indulgentiā ab imperatore homini calamitoso impetravit. ¶ Sexta cōclusio. Mendaciū quo qui iniustē interrogatur negat proprium crimē, non est perniciōsum, sed officiosum: atq; adeò, si fiat sine iuramēto, nūq; est mortale, sed solū veniale: siue in iudicio interrogetur, sine forma iuris, siue extra iudicium: vt cūm adultera interrogatur de adulterio à marito: qui nō est iudex. Probatur. Nā qui sic mentitur nemini facit iniuriam, imò ipse est qui iniuriam patitur.

¶ At verò cū nec venialiter peccare quoquo modo liceat, quid facturus est miser homo, qui cōtra omne ius interrogatur de se cretissimo proprio crimine? ¶ Respondetur septima cōclusio. Si verba non occurserint, quibus per æquiuocationem, vsu hominum receptain, citra mēdaciū cēlare possit crimen, mori

Q V A E S T I O III.

Fol.84.

ri debet, anteq; mentiatur: licebit tñ nonnunq; id reuelare, vt vi-debiꝝ quāst. sequēti. Interim tñ si percunctetur quis, quibꝝ amphibologis poterit se miser tueri, nō possumus illas sigillatim colligere: sed pro sua quisq; peritia & prudētia illas poterit ex-cogitare: Posset. v.g. occultus homicida cōtra ius interrogatus respōdere: iuro me neminē occidiſſe: nā illa oratio Latinē amphibologica est: & si prim⁹ accusati⁹ accipiat passiuē: & secundus actiuē, est vera. Quēadmodū Pyrrho respōdiſſe fer̄ Apollo: Aio te Aeacidas Romanos vīcere posse. Atq; posset adultera, cū adulteriū percōtatur marit⁹, respōdere. Quid proderit mihi iurare nō fregisse fidē, aut q̄uo dabis fidē dictis ei⁹, quā nō credis seruasse fidēthori? Itē posset iurare se nō fregisse matrimoniuū (nā post adulteriū adhuc manet integrū matrimoniuū) quis maritus intelligat, nō fregisse fidēthori. Posset itē mulier q̄ nū p̄sit cōsobrino, si ab apparitore iniustē interrogatur, an marit⁹ intrauit domū, respōdere neminē intrasse p̄ter cōsobrinū suū. Quēadmodū Sara cēlauit esse vxorē Abrahē, dicēs se esse foro rē. Crediderūt. n. Aegyptij nō posse sororē nupsisse fratri. Attū inutiles iam mō sunt huiusmodi respōsiones. Tāta est interrogantiū versutia. ¶ Sed vtrū posset homo, vt cēlet se iniustē quēlitum, dū interrogatur an sit ipse ex fratribus minor, iurare se esse maiore: cūm tamen sit natu minor, sed qui succēdit in pri-mogenitura paternæ domus.) Et videtur q̄ sic. Imò q̄ posset iurare se esse Petrum, cūm tamē nō sit nisi frater eius. Nam hac ratione excusat Augustinus Iacob à mendacio, dicentem se esse Esau. ¶ Respondetur, q̄ non auderem hoc admittere. Quia aut non est adeò certum Iacob non fuisse mentitum: aut id respōdit inspiratione diuina: aut (quod puto sentit Augustinus) sermones illi erant apud gentem illam usitati in illa significatio-ne, vt citra mendaciū possent proferri. Vnde Gregorius, vt refertur. 22. q. 2. Si quis (inquit) per vetus testamentum, suum vult tueri mendaciū: quia minūs illic quibusdam fortasse no-cuerit, dicat necesse est, rerum alienarum raptū, retributionem iniuriæ, quæ infirmis illic concessa sunt, sibi nocēre non posse. ¶ At nunquid si quis interrogatur, vt testis, an vidi Petrum su-gientem: vel, tanq; reus, an occidit Petrum, poterit responde-re: non vidi Petrum: aut, non occidi Petrum: quem tamen oc-culte

cultè occidit? Videtur enim id licere, nec esse mēdaciū: nam, vt scripsimus in dialecticis, nomina singularia æquiuocē significāt: & ideo potest respondēs subintelligere aliū Petrū quem non occidit, aut quem non vidit: quemadmodū dicūt dialectici has nō cōtradicere: Canis est in mari: Nō est canis in mari: & vtranq; esse verā, eò q̄ subiectū accipiāt æquiuocē. Respōdetur, q̄ nō esset sine mēdaciō huiuscemodi respōsio. Nam secundū receptissimū vsum oīm, affirmatio & negatio in noīb̄ his prijs pro eodē accipiunt: acsi nō esset nisi vñus, qui nūcuparet illo noīe. Vt si me percōtante an Petrū videris, respōdeas: non: negatio ad eum referāt, quē ego quāro. Nec aliū potest sensum admittere. Sed immēsum opus esset per singula discurrere. Prudētis erit ex his cætera perpēdere. ¶ Sed instas adhuc pressiūs, quid faciet miser hō qui mortē cōminante tyranno nisi verū fatur, non habet qua se amphibologia ptegat? Aut adultera, quā marit⁹ nudo gladio petit fateri adulteriū, vt iuret an adulteriū fecerit? Respōdet, q̄ plures sunt hoīes, neqt̄iæ, & violetiæ, q̄ vt possit oībus obuiā iri. Ob idq; in tali casu mori opus est: quēadmodū si tyrānus mihi cōminaret mortē, nisi peierarē aut leuissimē mentirer, mortē priūs deberem oppetere, q̄ mentiri. ¶ Ad primū argumētū principale, cōcessa priori præmissa: puta nunq̄ esse licitū mendaciū: negatur secūda. Nec. n. sat est ad integrā rationē mendaciij, fallēdi cupiditas, nisi oratio sit falsa. Est. n. mendaciū: vt inquit illic Augustinus: falsa significatio cū volūtate fallēdi: mō qui amphibologia eū fallit, qui iniustē interrogat, in aliquo sensu verū profert, quo excusatur à mēdaciō. Neq; tunc venit contra mentē: quia id in aliquo sensu profert quod habet in mēte: quis alias aliud cōcipiat. ¶ Atqui eodē modo respōdetur ad cōfirmationem, q̄ qñ hō interrogatur absq; iniuria, simpliciter & candidē respōdere debet: puta verbis quibus interrogās non decipiatur. Sed qñ vi & iniuria petitur: quia licet ei veritatē cælare: nihil agit cōtra virtutē, proferēdo æquiuocū verbū: quia eiusmodi respondentē præcipua intētio non est fallēdi, sed ius suum seruādi. ¶ Dicta verō sanctotorū eō tendunt, vt prohibeāt responsa per verba quē nullū possunt facere verū sensum, secundū significationē vñu receptam: quippe q̄ nō possent à mēdaciō vlla rationē excusari. ¶ Et eādē rationē

rationē respōdetur ad secūdū principale. Qui. n. p lapidē iurat falsum, nō excusatur à mendacio, postq; falsum est quod iurat: nec à periurio: nā cūm enunciet se iurare per Euāgelia: quis ponat manū in lapide, tñ omnes intelligūt, se iurare per Euāgelia, nec possunt aliud intelligere. ¶ Ad tertium respōdetur, q̄ quis mēdaciū. i. falsum dicere cum intētione fallēdi: eatenus sit intrinsecē malū, vt nulla de causa iustē fieri posset, tñ decipere nō est adeō de se malū, quin per amphibologiā liceat, ad repellen dū iniuriā. ¶ Vnde subsequitur solutio cōfirmationis. Nam ci- tra necessitatem nō licet vti huiusmodi amphibologij: non q̄ essent mendacia, sed q̄ hoīm cōuictus & societas id exposcat, vt hoīes vñtatiōrib⁹, atq; perspicaciorib⁹ verbis in serijs vtant: nē se fallāt, nisi ioco, in ridiculis: vt author est Aristo. 4. Eth.

Q V A E S T I O Q V A R T A.



TRVM vsq; adeō obligemur ad secretorum fidem, vt teneamur nōnunq̄ mortē priūs oppetere, q̄ secretū detegere. ¶ Ad partē negatiā arguitur. Reuelare secretū, vt supra dictū est, ex genere suo non est nisi dānum, & iactura famæ, quæ violat proditione criminis: sed vita, bonū est multō pretiosius q̄ fama: nā pellē propelle: & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima suo. Job. 2. ergo si alterius eorum iactura facienda est, potiūs debemus famam, vel propriam, vel alienam abijcere, quām propriā vitam. ¶ Confir. quia, vt frequenter solēmus repetere, iugū Dñi suaue est, & onus leue: Matt. 11. sed cūm terribiliū terribilissimum sit mors: vt est in. 3. Eth. grauissimū esset pceptū, vt alienā famā di spēdio vitæ protegere astringeremur: ergo nemo ad id obligatur. ¶ Secūdō principaliter arguit. Si teneremur fidē secreti seruare cum periculo mortis, id maximē esset, quia propalāre secretū est ita intrinsecē malū, vt nulla rationē possit esse iustum: q̄le est, occidere, fornicari, mētiri: sed hoc falsum est: nā reuelare secretū multis de causis iustum est: puta ad obuiandū cōi malo; & causa fr̄is corripiēdi, vt secūdo mēbro dictū est: ergo & causa defendēdæ vitæ, q̄ in bonis t̄palibus summū est, id etiā licebit. ¶ Et cōfir. Nā in operib⁹ charitatis null⁹ tenet, puidere proximo cū graui detrimento proprio: imō nec seruare promissum: quod elegāter tractat Ciceroli. i. De offi. Si cōstitueris (inquit) te

te cuiuspiam aduocatum in re presentem esse veturum, atque interim grauiter egrotac filius coepit, non est contra officium, non facere quod dixeris. Ergo quantum fidem quis secreti promiserit, non tenetur cum dispedio vitae seruare. ¶ Tertiò principaliter arguitur. Cuicunque integrum est et liberum, proprium crimen, aliás occultum detegere, ut vitam seruet, nam potest quis dare famam pro vita, ut diximus. q.3. membra primi: ergo faciliter potest quis anteponere vitam, ppter famam alienam: atque adeo nunquam tenetur homo mortem obire, ut secretum contegat. ¶ In contrarium est, quia tenentur Christiani pro fide, pro religione, & pro bono publico mortem oppetere: ergo sacerdos antequam sigillum reseret confessionis (quae sacrilega esset sacramenti contaminatio) mortem perpeti debet: & cui arcum publicum committitur, eadem ferè lege tenetur.

IN hac quæstione quarta huius membri: atque adeo totius operis postrema, dicere tandem restat, quid facturus est miser homo cum vita & iniuria petitur reuelare secretum, nec se potest citra mendacium defendere, an debeat prius mori, quam secretum detegere. Sed sunt fortè qui quæstionem hanc superuacuam iudicabunt. Nam si secretum cælare: ius est naturale, diuinum & humanum, ut supra monstrauimus: atque adeo: secretum reuelare, sit suapte natura vietum, ambigit nemo mortem esse potius appetendam, quam reuelet arcanum. Est enim doctrina Aristoteles. Eth. summa cuiusque tormenta, mortemque ipsam obeundam, antequam in honestum quid admittat, immo documentum est Pauli Roma. 3. iusta esse damnationem eorum, qui faciunt mala ut inde veniant bona. His veruntur respondemus, quod quis dubium non sit, immo per se sit manifestum, non es felicitum peccare, nec pro vita, nec propter alium querendum, finem (nam est contradictionis implicatio, esse aliquid licitum quod est peccatum) hoc tamen est sub iudice in quæstione nostra, an sit peccatum reuelare secretum, quod quis non potest id congere, nisi cum dispedio vitae. Et quidem si illud esset eo modo intrinsecè malum, sicut perjurium aut adulterium, nulla esset quæstio id non licere, sed quia non est adeo malum, quin pro iusta causa illud liceat, ut insinuauimus in tertio argumento, quæstio est utrum adeo obligemur secreta cælare, ut antequam reuelemus moriamur. ¶ Atqui, ut. 2. & 3. quod primi membri attigimus, sex sunt secretorum

cretorum gradus, qui varias & diuersas habent considerationes. Ob idque decem conclusionibus respondebimus ad quæstionem. Secretorum enim aliud est alienum, aliud vero proprium: & ex alienis aliud pertinet ad religionem sigilli confessionis, aliud vero est saeculare: & ex saecularibus, aliud pertinet ad bonum publicum, aliud ad priuatum: & ex priuatis, aliud extortum est per iniuriam, atque aliud citra iniuriam cognitum: & ex his aliud recipitur data fide, velut in deposito, & aliud fortè & casu cognoscitur.

¶ Prima ergo conclusio fit de secreto confessionis. Sigillum sacramenti confessionis adeo sanctum est, tantoque vinculo ligat, ut mors sit prius obeunda, quam modo aliquo reueletur. Conclusio hec supponit primum, arctissimum esse preceptum sigilli seruandi: quod partim probatum est. q.2. membra primi. Vbi monstrauimus fidem generaliter secretorum, iure naturali, diuino, & humano, esse in precepto: primò ex conditione vitiorum, quae suapte natura digna sunt quemque continguntur, quemadmodum virtutes dignae, contraria, sunt quemque palam fiant. Et secundò, ratione charitatis: nam quemque nobis optamus, & alijs praestare teneamus: & unusquisque id ratione optat, ut quod commisit secretum secretò custodiatur. Et tertio, ratione finis: nam fide secretorum de medio sublata, cessarent commoditates plurimae, amicitiae: ut puta consilia, & solatia, quae amici ab amicis secretò petunt. Quae quidem rationes, & aliæ quas illic tractauimus, multò efficacius comprobant sigillum sacramenti confessionis, quam secretorum fidem saecularium. Sed est præterea ius diuinum speciale de sigillo confessionis. Qui enim finem precipit, iubet & necessaria media: sed Christus seruator noster Io. 20. instituit sacramentum confessionis sub precepto: vbi ait: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt: & sigillum est necessarium medium: nempe sine quo homines à confessione deterrentur: ergo simul iussit, & universos confiteri, & sacerdotem secretum tenere. Non enim dedit illic solum sacerdoti potestatem dimittendi, relinquens hominum arbitrio, si vellent confiteri, sed certè dedit Ecclesiæ coercituam potestatem iudicandi de peccatis: quemadmodum si rex mitteret praetorem in urbem, qui ciuum errata aut condonaret, aut pro sua prudentia puniret.

Sed

MEMBRI TERTII.

Sed de hoc aliâs. Neq; ecclesia capitulo. Omnis vtriusq; sexus. aliud fecit, q; vtrunque præceptum diuinum determinare, sanè vt singulis annis confiteremur, & sacerdotes sigillum confessio nis arctissimè seruarēt. At qui hoc est quod S. Thomas in. 4.d. 21.q.3. ait, sigillum secreti esse de necessitate confessionis. Non enim intelligit esse de substâlia, tanq; materia & forma: neq; ita de necessitate, vt si sacerdos referaret sigillum, nullum esset sacramentum præcedens: sed ita, vt naturæ sacramenti expeditat sigillum: nempe sine quo præceptum confessionis sustineri nō possit. Et probat S. Thomas: nam quæ exteriùs geruntur in sacramentis, sunt signa rerū quæ interiùs cōtingunt: & ideo confessio illa quæ fit sacerdoti, est signum q; pœnitens confitetur Deo: quare sicut Deus ita contegit peccata, vt habeantur pro oblitis (quod dictum est quæstione proxima) idem obligat facere sacerdos. Nec obstat argumentū Dur. 4. d. 21. q. 4. vertentis sensum S. Thomæ. Non enim sentit S. Thomas q; cælatio sacerdotis repræsentet aliquid quod interiùs continetur, tanq; effectum sacramenti, veluti absolutio repræsentat remissionem peccatorum, sed vult q; quemadmodum in foro interiori cælatur adeò, hoc significetur per secretū sacerdōtis. Deus enim, nec in die iudicij, reuelabit peccata remissa ad cōfusionem: sed ad commendationem & gloriam pœnitentium. ¶ Ex quo sequitur, q; nec Papa nec tota Ecclesia potest dispensare, vt reuelet sigillum cōfessionis: nō solùm quia Ecclesia in his quæ sunt de iure diuino (quale est sigillū) facultatem non habet dispensandi, sed specialiter quia multò minùs potest sacramentorum naturā mutare. Et naturæ cōfessionis necessarium est sigillum, modo iam exposito. Etenim, quamuis sublato sigillo nihilominus confessio esset sacramentum, tamen esset tunc intolerabile præceptum confessionis. ¶ Supposito ergo præcepto, probatur illud obligare etiā cum dispēdio vita. Media pēsanda sunt ex cōditione & necessitate finis: finis autem sigilli seruandi, est necessitas sacramenti cōfessionis: vnde profecto salus Christianorum pēdet (sublato enim de medio sacramento confessionis, omnia plena essent iniqtatib⁹, atq; adeò religio Christiana perditum iret: quæ res multò maioris momenti est, q; temporalis vita) ergo sigillum confessionis adeò est necessariū, vt pro eius obser

*Dispensa
tio.*

QVAE STIO IIII.

Fol. 87

obseruatione vita sit postponenda. ¶ Et confir. Sacerdoti qui sigillū referat (quia pœna capit is sacerdotes plecti nō possunt) decretum est priùs perpetuum exilium: cap. Sacerdos. De pœni. d. 6. & postmodum mutatum est in carcerē perpetuum: cap. Omnis vtriusq; sexus. De pœni. & remiss. quorū vtrunq; proximum est morti. l. 2. & l. Capitalium. ff. De pœnis. Nec ab hac pœna eximeretur, qui metu mortis fidem frâgeret sigilli. Ergo crimen est, atq; adeò mortale, etiam metu atrocissimæ mortis, confessionē reuelare. ¶ Et tertio id comprobatur. Poteſt principes pro salute tēporali Reipublicæ præcipere ciui ut stationē in plio custodiat, nec pedē retrahat, sub pœna capit is: in quo casu peccatū esset mortale edictum trāsgredi (nam poteſt principes legē facere, q; obliget ad mortale: vt ait S. Tho. l. 2. q. 69. ar. 4. vbi adnotat Caietanus posse etiam obligare cum periculo mortis: saltem pro bono publico) ergo multò magis, nō solùm Deus, cuius est præceptū sigilli, sed Ecclesia potuit sacerdotes obligare, vt, etiam in periculo mortis, tenerent sigillum. Profet̄ adeò necessariū est sacramentū cōfessionis, ac subinde illi⁹ sigillū, vt videat Christus ipse spopōdisse fidē Christianis, quōtū essent in hac parte. Nā cū multa pterea narrentur hīc miracula (vt est illud quod Altissiod. 4. p. cap. De cōfess. ex Vitis patrū citat, q; cū quidā in nauī metu mortis, publicē cōfessus esset crima permulta, adeò statim oēs obliti sunt, ac si nunq; audissent) hoc veruntamen omniū maximū miraculorum existimauerim, q; cū sint sacerdotes, & aliâs p̄ditissimi, & multi in dementiā versi, tñ perq; rarissimè visum est, sigillum confessio nis periclitāri. Quo fit vt prælati & quicunq; iudices perq; maximē teneātur, ī causis cognoscēdis cauere, nē sanctissimū sigillū cōfessionis violēt: nec illa via tētēt quicq; cognoscere, nec p̄ textu cuiuscūq; boni publici, nec vt malo, q; quis hæreticæ prauitatis, occurràt. Nihil. n. est tam Ecclesiæ necessariū, q; sigillū. ¶ Verū enim uero nō sat est cōclusionē in genere statuere, si nō ad particularia descēderim⁹. Sacerdos. n. nō solū peccata tenet, verū & alia detecta in confessione. Nec sol⁹ sacerdos, sed aliæ item psonæ tenentur seruare sigillum. De quib⁹ perinde dubium est, an cuncta tenentur vniuersi cælare, nullo obſta te metu mortis. Primū ergo dubiū est: vtrū peccata q; quis per-

M stans

MEMBRI TERTII.

Dubiuſ. ſtās in ppoſito, conſiteſ perpeſtāda, teneatur ſacerdos cælare. ¶ Res fuit anceps antiquit̄ inter doctores. Et fuerunt qui dicebāt q̄ peccata futura, puta q̄ poenitens emendare non promittit, non claudunt ſub ſigillo: vt recitat S. Tho. in. 4. d. 21. q. 3. & Innoc. cap. Omnis vtriusq; ſexus. De poenit. & remiſſ. Et inter theologos Alexan. ab aliquib⁹ accerſi in hāc ſniam. Et Panor. cap. Ois vtriusq; ſex⁹. eandē affirmat: nēpe quā putat eſſe opinionem Innoc. Et Syluester verbo, confefſio. 3. citat Rayneriū, & Innocentium: cūm tamen Innocentius cōtrarium autem. Et arguit pro illa opinione Alexander. Id quod directe opponitur confefſioni, nō eſt de neceſſitate cōfessionis: ſed ppoſitū perpeſtādi peccata, opponitur cōfessioni: nā eſt ſignum impoenitētis, per qd' videtur ſe eximere à iudicio ſacerdotis: ergo peccata hīoī non cadunt ſub ſigillo. ¶ Et cōfirmamus hoc in gratiā hui⁹ opinionis. Secretum ſigilli ſacerdotis eſt ad imitationē ſecreti Dei, vt dictum eſt: ſed peccata impoenitentis Deus non cēlat, nec habet pro oblitiſ: ſanē q̄ in die iræ reuelabit ad vindictā: ergo nec ea tenetur ſub ſigillo ſeruare ſacerdos. ¶ His verū tamē nihil obſtātib⁹ ſit ſecunda conclusio, q̄ certifima eſt. Oē peccatum detectū in confefſione, dū mō ſit cōfessio, clauditur ſub ſigillo, ſiue pſens, ſiue futurum, ſiue q̄ cōfitetur verē poenitentia, ſiue nō. Cōclusio eſt S. Thomæ, Scoti, & Ricardi & oīnō theologorum loco citato, & Innocēti, & singulariter Caietani quol. i. q. ii. quā de hoc fecit ſpecialē. Imō (quantum conijcio) quicquid ſit de antiquiorib⁹, tamē nec Alexād. nec Rayn. contradicunt, ſi ſanē intelligātur. Et abūdē, pbatur ex verbis cōciliij, cap. Ois vtriusq; ſexus. Qui peccatum in poenitētiali iudicio ſibi detectum præſumpſerit reuelare, &c. Vbi vlt̄ oē peccatum cēlari p̄cipitur, nullo excepto. At verō nō requiritur contritio, ad hoc vt accusatio poenitētis ſit verē cōfessio: imō nec abſolutio. Probatur, q̄a ſicut baptism⁹ ſict⁹, eſt nihilomin⁹ baptism⁹, & recedēte fictione incipit habere effectū virtute formæ p̄teritæ (vt ait August. cap. Tunc valere. De cōſecr. d. 4.) ita confefſio ficta eſt quidē cōfessio, quis nō ſit perfecta. Quare quo in docunq; ſit ficta. ſ. quia non eſt contritio, vel non eſt integra, clauditur ſub ſigillo. ¶ Et confir. Nam ille qui incontritus accēdit, p̄cipit Ecclesia vt audiatur in confefſione, & ſalubribus monitis

Q V A E S T I O. IIII.

Fol. 88

monitis abhibeātur ei cōſilia, vt habeat. c. Quod quidā. De poenitētis & re. imō forte confefſio illa ſatisfaceret p̄cepto Ecclesiæ, vt latiū ſi disputauimus in lectionib⁹ ſuper Quartū: ergo hīoī confefſionem vult Ecclesia abſcondi ſub ſigillo. ¶ Et cōfirmatur. 2. quia ſi incontrit⁹ integrē conſiteſ, potest, adueniente contritione, abſolui ab eodē confeffore, ſine noua confefſio ne: niſi longa forte interceſſerit mora. ¶ Quod ſi p̄contaris qd̄ reqritur vt ſit confefſio. Respōdet, q̄ ſatis eſt eſſe accusationē. Potest. n. poenitētis accuſare ſe de peccato, dicēs ſe non poſſe abſtinere, petēdo consiliū, & auxiliū à ſacerdote. Et certē q̄ ſic accuſatur cælād⁹ eſt, de quocūq; crime mūdi, q̄tūcūq; pñicioſo, aut tertia pſonæ aut Reipublicæ: quiſ debet tūc ſacerdos in gñē admonere, aut Républicā, aut illū cui periculū imminet, vt caueāt tali hora, aut tali loco: & dū mō fieri poſſit ſine periculo reuelationis pſonæ. Quod ſi gñalis admonitio non ſufficit, nullatenus licet personam exprimere. ¶ Et ſecundō principaliſter arguitur, q̄ quanq; peccatum ſit perpeſtandum, cadat ſub ſigillo. Nam ſi peccatum eſſet p̄tēritum, tunc, quamlibet cōfitens non eſſet contritus, ſed eſſet impoenitens, nec eſſet abſoluendus, illud caderet ſub ſigillo: vt Alexander illic ipſe confitetur, quia ſacerdos eſt iudex ſitne contritio ſufficiens ad abſolutionem, nec ne: ergo eādem ratione quamuis peccatum ſit in futurum perpeſtandum, cadit ſub ſigillo. Tam impoenitens enim eſt quem non poenitet p̄tēriti, q̄ qui tenax eſt propositi in futurum. Eo vel maximē, q̄ dum reuelatur peccatum perpeſtandum, ſimul reuelatur p̄tēritum, puta propositum deliberatum perpeſtandi illud. ¶ Et poſtremō arguitur. Si quis cōtritus conſiteret alia peccata, & poſtmodum cōſuleret ſacerdotem, an eſſet peccatum id quod inuincibiliter putat non eſſe peccatum: puta occidere vxorem deprēhēſam in adulterio: aut certum contractum facere: & audiens eſſe peccatum, nihilominus non vult mutare propositum occidēdi vxorem, ſi eam deprēhēderit, abiitq; perinde ſine abſolutione: profectō totum illud cadit ſub ſigillo. ¶ Veruntamen ſunt qui fingunt ſe accede re ad confefſionem, & tamē non veniunt quō ſe accuſent, & remedium poſtulent animæ ſuæ, ſed vt confefforē forte peruertant, aut fauorem & auxilium petant perpeſtandis flagitijs: vt

M 2 temp

MEMBRI TERTII.

temporibus nostris vsu venisse fertur, quibusdam, qui in pōticem cōspirauerāt. Et huiusmodi peccata cælāda non sunt, sed statim poti⁹ denunciāda. Quod plurimū timendum est in crīmine hæresis. Hmōi. n. est versutia dogmatizātiū, vt hac confessionis simulatione sacerdotes peruertere moliātur. Et in hoc casu verū habet vulgat⁹ ille versiculus: Est crīmen hæresis, quod nec cōfessio cælat: nā si de cōfessione loqretur, q̄ verē est accusatio, q̄uis imponitentis, falsissim⁹ est, atq; adeo Christianis auribus indign⁹. Et de peccato hoc ultimo modo ppetrādo, loquiſ Rayneri⁹ in titu. De pœni. & rem. & Alex. cui⁹ verba sunt. Peccatum quod quis cōfitetur vt perpetrādum, non cadit sub sigil lo.i. Quod ita cōfitetur, nō vt se accuset, sed vt aliū moueat, aut auxiliū petat ad ppetrādū. Nec Innoc. aliud opinat⁹ est, vt egrūgiè adnotauit Caie. opusc. citato. Nā postq̄ citauit opinionem dicentium, q̄ peccata futura imponitentis non cadunt sub sigillo: quia nō dicuntur sacerdoti tāq̄ Dei ministro, subiungit: Hæc tñ ratio nō placet: quia bene credim⁹ q̄ sacerdos vt minister recipiat, etiā si cōfitens in peccato remanere, pponat. Quæ verba aut nō vedit, aut sinistrè legit Panormitanus. ¶ Vñ ad argumētū quod recitat Alexā. respondetur, q̄ quis imponitentia opponatur cōfessioni, q̄tū ad absolutionē, atq; adeo quātū ad perfectionē sacramēti, tñ non obstat quomin⁹ sit confessio sacramētalis, si mō revera sit accusatio, vt expositum est. Et ideo cælāda sunt peccata q̄ illic detegūtur. ¶ Et ad confirmationem quā nos adiecumus respondeſ, q̄ quāuis peccata imponitentis non celerant à deo, veluti peccata remissa, tñ si proferātur per modum accusationis ad petēdum consilium vel auxilium, iam tunc disponūt & ordinātur ad verā pœnitentiā: & ita recipiunt

Dubium. ab Ecclesia, tanq̄ in sacramētali cōfessione. ¶ Alterum dubium est, vtrū in reuelatione sigilli cōfessionis possit contingere peccatū veniale, ratione paruę quātitatis materiæ: quēadmodū in furto, quod de gñe suo est mortale, potest contingere peccatū veniale: vt si quis obolum fureſ atq; adeo vtrū eādē causa pauci-

3. Cōclz. tatis materiæ, liceat sigillū reuelare, ḡavitæ seruādæ. ¶ Tertia conclusio. Non solūm peccata oīa, tam venialia, q̄ mortalia, verū & qualitates vniuersæ circumstantes, q̄ notitiam pœnitentis quoquo modo suggerere possunt, direc̄tē concludunt sigillo:

atq;

Q V A E S T I O. IIII.

Fol.89

atq; adeo sub pœna mortalis culpę cēlāda sunt: siue illa fuerint dc necessitate cōfessionis, siue ex leuitate pœnitētis, plata. Conclusio colligiſ ex illis verbis cap. Omnis vtriusq; sexus: Cauet omnino (scilicet sacerdos) nē verbo, aut signo, aut alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorē. Hac cōclusione comprehenduntur, primō peccata venialia, quę licet non sint de necessitate cōfessionis, nihilominus cælanda sunt. Itē locus & tempus, Ut si homicida mihi est confessus, reuelatio esset dicere: Petrus tali hora fuit in tali loco, (puta vbi factū fuit homicidiū) si inde possit cōiectari illū esse homicidā. Itē psonæ cōsortes. Aliquādo enim est necessariū pœnitenti cōsortes patefacere: vt puella quæ fecit stuprū cū patre, nō satis confitetur se fecisse stuprū, nisi exprimat: cum p̄rē: quia id perq̄ multum auget: vt docet S. Tho. in. 4. d. 16. q. 3. ad vlti. arg. toti⁹ quæst. Et tunc pater cælandus est à sacerdote, sicut puella. Imò quāuis puella ex leuitate, & fine aliqua necessitate exprimeret consortem: vt si confiteatur fornicatam fuisse cum Petro. Quia licet illa persona non esset de necessitate, aut commoditate confessionis, tamē efficietur postea necessaria ad contegendum peccatum pœnitentis. ¶ Sed arguitur, q̄ hæc oīa reuelare nō sit peccatū mortale. Primō. In alio quocūq; peccato ex gñe suo mortali, pōt contingere peccatū veniale, ratione paucitatis materiæ: præterq̄ in piu-rio: imò cōtra materiā fidei pōt esse tā leue verbū, vt nō sit nisi veniale: ergo, pdere pœnitētē, q̄ mētit⁹ est iocofē, non erit nisi peccatū veniale. Et cōfir. In reuelatione sigilli posset esse veniale ex defectu deliberatiōis, vt si q̄s motu subito illud referaret: ergo eādē ratione, ppter paucitatē materiæ potest esse veniale, ¶ Respondeſ primō, q̄ si sacerdos detegeret minimū veniale: vt cōstaret illud audisse in cōfessione, puta quia vt sacerdos exprimat Petrū sibi cōfessum esse, aut quia audiētes id cōisciunt, peccatum est mortale grauissimū: adeo vt mortē deberet perpeti sacerdos, anteq̄ id detegeret. Probatur, quia quāuis id quod detegitur tenuissimē lēdat famā, tñ sacramentum grauissimum recipit detrimentum. Deterret enim homines à cōfessione si suspicarentur, vel in minimo, detegendam esse confessionem. ¶ Sed quid si in Francia audiui confessionem Petri, quem hic coram illis quibus notus est, dico fecisse peccatum veniale, non

M 3 tamen

tamē suspicantur me audisse in cōfessione? ¶ Fortē esset probabile illā reuelationē non esse peccatū mortale: quia est in re minima. Mihi tñ verisimilius est esse mortale. Nam quis in reuelatione secretorū sacerdotalium frequēter contingere possit peccatum veniale in re parua, tñ sacrosanctum sigillū nō permittit, vt vel in minima materia, citra mortale violetur. Et probatur: quia in dicto. c. vñ dicitur, q̄ qui peccatum in cōfessione detectum reuelauerit perpetuā agat pœnitētiā. Perpetua tñ pœnitentia non decerneretur, nisi pro grauiſſimo peccato mortali. ¶ Secūdō arguitur, q̄ non sit necessariū sub pœna peccati mortalis, cælare personas reuelatas in sacramēto. Cælare alias personas non est necessariū, nisi quatenus ex reuelatione aliarū, se queretur reuelatio pœnitētis (nā in dicto cap. solūm cauetur vt nō reuele p̄sona pœnitētis) sed ſēpe poſſent reuelari peccata aliarum personarum ſine reuelatione pœnitentis: ergo tunc reuelatione illarū nō violaretur ſigillum. Probatur minor. Puella temerē & ſine neceſſitate nominat personā confortē delicti: & quanq̄ ſacerdos poſtea dicat Petrū eſſe fornicarium, nulla inde oriētur ſuſpitio id admisſile cum tali puella. Et addamus: nec poſſe vñq̄ ſuſpicari, id ſacerdotē nouiſſe in cōfessione (nā aliās grauiſſimū eſſet peccatū ſcādali, in detrimentum cōfessionis.) ¶ Respōdetur, q̄ peccata q̄ pœnitētis aliena detegit in confessione, non ſolūm ſunt cælāda qñ per illa reuelarētur peccata pœnitētis, ſed etiā per ſe: quia quomodo cunq; reuelarētur, deterre rētur hoīes à cōfessione. Plebei nāq; indocti cōfitēdi, multa temerē reuelat aliena peccata, q̄ ſi non caderēt ſub ſigillo, eſſet periculosa confessio. Et credo ſacerdotē ea reuelantem incurrere pœnas canonis. Hoc enim eſt: prodere pœnitētem: non ſolūm detegere peccata quæ ad iſum pertinent, ſed quæcunque ille protulit in confessione: atq; adeo mori debet anteq; ea patefactat. ¶ Sed nunquid permittitur ſacerdoti in genere ea propalare, quæ in confessione audiuit? ¶ Panormitanus in dicto capitulo. Omnis vtriusq; ſexus. dicit, nec peccatum in genere poſſe in publicum proferri citra fractionem ſigilli: quamuis nulla inde oriatur ſuſpitio pſonæ. Nā habetur (inquit) in textu q̄ q̄ peccatū in pœnitētiali iudicio detectū reuelauerit, perpetuam agat pœnitētiā. Sed tñ absq; vlla hæſitatione credēdum eſt cōtra

tra Panor. Et ſatis eſſet ad iſum cōuincēdum vniuersalis conſuetudo. Paſſim. n. ſacerdotes proferūt q̄ audierunt in cōfessione, nō ſolūm ad capiēdum confiſſum, ſed in colloquijs: nec tñ cēſentur fractores ſigilli, qñ nec minimum timetur periculum reuelationis personæ. Imo quis dicāt illud aliquñ audiffe in cōfessione, non eſt fractio ſigilli, nec peccatū de ſe mortale, ſi fiat ſine ſcandalō. Quamuis id fieri non debeat. ¶ Et ad argumentum Panormitanī respondetur, q̄ illud verbum: quoniam qui peccatum in pœnitentiali iudicio detectum &c. reddit causam verbi p̄cedentis: Cauēat autem omnino ſacerdos nē prodat peccatorem. Et ideo non frangit quis ſigillum reuelando peccatum, niſi applicatum ad p̄ſonam. ¶ Et confir. quia ſi reuelatio peccati in genere, eſſet fractio ſigilli, tunc non liceret illo modo in genere reuelare, nec ad capiēdū cōſiliū, ſine licētia pœnitētis: quod tñ eſt falſum, vt patet ex verbis eiusdē text⁹, & in cap. Officij. eo. tit. ¶ Ex quo ſequiſ q̄ quis dicā: Petr⁹ ritē confeſſus eſt mihi ſua peccata: nō reuelo cōfessionē: dū mō nullam ſpeciē nominē, etiā ſi ſint publicæ meretricis, aut latronis. Sed ſi non absolui, non poſſum interrogat⁹ dicere: nō absolui: quāuis, vt inquit Caieta. in ſumma, verbo, cōfessor: qui illud diceſret, non eſſet propriè fractio ſigilli, vt incurreret pœnas canonis, niſi ſpeciē peccati exprimeret, propter quod non absoluit. Debet tñ ſacerdos tunc respondere: feci officiū meū: vel aliud ſimile. ¶ Cætera verò q̄ nec ſunt peccata, nec circumſtatiæ qui bus peccatū perpēdatur, quāuis narrētur in confessione nullo modo cadūt ſub ſigillo. Cauēdum tñ eſt ne paſſim ſacerdotes quoquo modo loquātur, ſales de confessionibus in colloquijs ſpargēdo. Nā, præter ſcādaluſ, ſēpe vſu venire ſolet, vt illi in au res pœnitētiū perueniāt: vñ grauiſſiter offenduntur. Imo nec pœnitētes laudib⁹ commendent. Primò, quia laus vni⁹ qñq; eſt reuelatio confessionis alterius: vt ſi quis audiuit duas ſorores, vñā ſolūm commendat p̄dicitia, alterā ſubinde tacēdo, notat impudicitia. Et præterea quia inde præbetur anſa, leuiſſimiſ pſertim mulierculis, mētiēdi in cōfessione, quo ſe commēdent apud ſacerdotes. Et maximē cauēdum eſt, qñ quis de aliquo ſe creto criminē petitur, nē id via confessionis tractetur: vt ſi vir ſuſpicat⁹ adulteriū vxoris, petat ab ea vt conſiteatur ſacerdoti,

MEMBRI TERTII.

Dubiū. qui de ci^o licētia certū faciat maritū, nullaten^o admittendū est. Nam adultera, quo se purgaret, facilē mentire^t in confessione. **Tertiū dubiū** est de psonis alijs, q̄ præter sacerdotē, tenentur seruare sigillum, an oēs æquali vinculo mortē teneantur obire, sigilli gratia seruādi. **De quo sit quarta conclusio.** Quāuis solus sacerdos, ppriè teneatur custodire sigillū, sub poenis canone decretis tñ multi alij tenētur seruare secretum confessionis, etiā non obſtāte periculo mortis. Conclusio communis est S. Tho. & doctorum in. 4.d.21. Probatur prima pars. Nā in dicto cap. Oīs vtriusq; sex^o. sol^o sacerdos est q̄ iubetur seruare sigillū, cui subinde decernūtur poenē fractiōis: & quia poenē legis nō sunt ampliādē, fit vt ille sol^o īcurrat poenā depositiōis, & ppetui carceris. **Et. 2. pars pbatur.** Sūt.n. multi ppter sacerdotē, q̄ iure, & multi q̄ iniuria audiūt cōfessionē: q̄ , pinde tenētur seruare secretū. Vt īterpres, qñ poenitēs & sacerdos nō sunt eiusdem linguae: & laic^o, cui q̄s ī extrema necessitate, vbi nō est copia sacerdotis, cōfitetur: & p̄lat^o, à quo sacerdos casum reseruatū petit, & magister quē cōsulit, dū īprudētia cōfessoris dep̄hēdunt poenitētē: itē laicus q̄ fraude & dolo psonā induit sacerdotis, vt cōfessionē alterius audiat. **Hi. n. vniuersi mortaliter, & quidem grauiter peccarēt, si secretū pāderēt cōfessionis: atq; adeò mortē & quodcūq; aliud dānū ppeti debent, anteq; id manifestent.** Nō tñ in oībus esset delictū æquale. Interpres nāq; nō est psona necessaria cōfessioni: nemo. n. (vt dicebamus sup Quartum, d.17) tene^t p̄ interptē confiteri. Nā vt pbē inquit Caietanus in summa. verbo, cōfessio: nemo tene^t cōfiteri nisi sacerdoti, q̄ solus habet claves cognoscēdi & remittēdi peccata: & ideo cū q̄s per se nō pōt cōfiteri, non tene^t alteri se, pdere. Eo vel maximē q̄ peccata q̄ dicuntur interpti, non denūciātur tāq; confessori: q̄ ppe qui nō fungitur vice cōfessoris, sed agit ptes poenitētis. Ob idq; qñ q̄s per se nō pōt cōfiteri, cēsendū est, quātū ad necessitatē, acsi non esset copia cōfessoris. **Nihilomin^o licitum est confiteri per interptē: & qñq; salutare:** vt puta qñ adest interpres cui tūtō possit cōmitti tā altū secretū. Quod dū interpres violat, quacūq; id causa faciat, quis nō īcurrat poenas canonis, cōmittit tñ sacrilegium: quia, cū illud sit verum sacramētū, violator est rei sacræ. Quāre mori constringitur antequām violet. **At,**

QVAE S T I O. IIII.

fol. 9r

¶ At, confessionē fieri laico: vbi non est copia sacerdotis, multō minus necessariū est in quacunq; necessitate. Nam, quis Auguſtinus dicat tantā esse vim cōfessionis, vt vbi nō est copia sacerdotis, faciēda sit proximo. De pœni. d.1. cap. Quē pœnitet. &. d. 6. cap. 1. nō tamē insinuat esse præceptū, sed solū id cōsulit, vt merito verecundiæ maiore gratiā cōsequatur apud Deū. Imō vero iā nō est tāta cōsuetudo huiusmodi cōfessionis, quāta in primi tiua Ecclesia. Nec forsan est consiliū. Tametsi eā nō damnaueriū: māsit em̄ cōsuetudo solū inter nautas. Quare laicus cui fit huiusmodi cōfessio, si fidē secreti frāgat, nec incurrit pœnas canonis, nec propriè est sacrilegus. Tenetur tamē pro nulla causa mundi infringere: nec, p bono publico (pro quo teneretur si in alio secreto, etiā sub iuramēto, suscepislet) sed tenetur prorsus cēlare acsi fuiſſet sacramētalis cōfessio: atq; adeò mori potius q̄ detegere. Prælatus vero, à quo cōfessor petit casum reseruatū, si inciderit in suspicionē poenitētis, multo maiori vinculo tenetur seruare secretū, q̄ præfatæ personæ: vt potē cū sit in tali casu persona necessaria, sine qua cōfessio perfici nō potest. Imō quodā modo est cōfessor, quis nō ita propriè, sicut ille qui confessionē audit. Et ideo nec debet inquirere, nec aliquid demoliri aduersus personā illā, magis q̄ si eius confessionē audiuisset. Ille tamē doctor quē sacerdos cōsulit, non tam arctē tenetur vt prælatus: quia non est necessaria persona: nihilominus adhuc tenetur, sicut interpres sub reatu mortali, mori potius, q̄ secretum pādat. Imō si quis fortē papyru reperiret, qua quispiā peccata scripsit ad confitendū, cēlare strictissimē tenetur. Nec illa sunt quoquo modo in forū exterius deferenda. At, quāuis poenitēs teneatur etiā quodā modo confessionē cēlare, vt dicit Palu. tamē cēlatio huiusmodi nihil pertinet ad sigillū: sed solū quia tenetur poenitēs nō detrahere sacerdoti reuelādo poenitentiā, aliasq; eius admonitiones: nisi fortē ad capiendū cōſilium, quādo se sentit sacerdotis imprudentia nimis oneratū. **¶ Quartum & postremū Dub.** dubiū est, postq; nec ad vitandū mortē licet reuelare sigillum, vtrū alia quāuis possit excogitari causa, ob quāius fuerit illud aperire. Nam Altissiodorēsis antiquus author. 4.p.cap. De confess. q. De sigillo. dicit, q̄ quādo ex secreto cōfessionis magnum periculū imminaret Ecclesię, licitū esset, de licētia episcopi, illud denun-

MEMBRI TERTII.

denūciare. Vbi citat distinctionē antiquorū: videlicet aliud esse sigillū infringere: aliud aperire. Primū em̄ sonat vitiū, vt puta si ne causa reuelare: alterū verò designat virtutē. Sed (salua autho ritate grauissimi doctoris) & S. Thomas & oēs in. 4.d.21. mis sām fecerūt opinionē illā. ¶ Vnde statuimus conclusionē quin tā vniuersalē. Nulla prorsus de causa fas est sigillū aperire. Probatur, quia, vt iā saepe insinuauimus, nullū potest vñq; tā graue periculū Ecclesiæ imminēre, q; sublatio sacri cōfessionis: quod, vt ait Hierony. secunda tabula est post naufragiū: & cū, sublato sigillo, tollitur subinde cōfessio, fit vt quemadmodū, nec Papa, nec tota Ecclesia possit, p; quauis excogitata causa in præcepto diuino cōfessionis dispensare, ita nec possit dispēsare in sigillo. ¶ Et cōfirmatur. Quia si pro aliquo periculo vitādo liceret reue lare confessionē, maximē dum quis cōfiteretur de cōtagiosa hē resi, qua populus cōtaminatur: sed tunc nō: ergo. Probatur mi nor. Nam dato opposito deterrentur hoīes à cōfessione: q; re non solū periret fac̄in necessarium Ecclesiæ, sed etiā tolleretur illud idē remediu obuiādi hæresibus. Nam tunc abscōderent se hæretici: vt, nec in cōfessione, alicui se crederēt: cum tamē si fiat illis integra potestas cōfitendi, possint sacerdotes, & illis, saluta ribus monitis mederi, & bono cōmuni consulere, prædicando in genere contra hæreticos, & in genere, citra omnē suspicionē personæ, admonendo inquisidores, & publicam potestatem.

Dub. I. ¶ Sed sunt dubia nonnulla quæ aduersus hanc conclusionem mouēre queimpian possunt. Primum. Si sacerdos nouit in con fessione affinitatē inter Petrum & Mariam, aut quodus aliud impedimentum matrimonij contrahendi, à quo publicē illi pe tant matrimonio iungi: videtur sacerdos ille nō posse huiusmo di matrimonium celebrare, cum sint iure prohibiti cōtrahere: item si episcopus nouit in cōfessione irregularitatem illius, qui petit ordinari: atq; adeò si abbas vel prior nouit in confessione suppriorem esse perniciosum domui, debet eum amouere: & ta men huiusmodi sacerdotes videntur quodammodo confessio nem reuelare: nam demus notum esse omnibus eiusmodi pœnitentes confessos esse illis, nec alia publica habere impedimen ta, quibus arceantur à matrimonio, ab ordinibus, aut ab officio. Præsertim quia sacerdos, nec ipsi pœnitenti post absolutio nem,

Q V A E S T I O. IIII.

Fo. 92

nem, exprobrare potest quæ in confessione audiuit. ¶ Pro de cisione huiusmodi casuum, atq; aliorum id genus, quos docto res in. 4.d.21. plures accumulant, notandum est opinionem suis se Henrici Gandensis. 8. quol. q. 18. q; sacerdos in nullo casu po test se aliter habere cum pœnitente post confessionem, q; ante: nec potest se iuuare aliquo modo à notitia cōfessionis: sed cun cta debet gerere, acsi prorsus ignoraret conscientiam pœnitentis. Quam sententiam, nec S. Thomas, nec Ricardus, nec Scotus (& quidem meritò) recipiunt. Sed quia casus sunt in quibus obseruanda est doctrina Henrici, & casus: rursus, in quibus est Regula. reijcienda: hac regula, vt puto, vtendum est in hac parte. Sacer dotes, propter scientiam quam habent in cōfessione, non pos sunt postmodum priuare pœnitentem eo, ad quod habet quo dammodo ius acquisitum: sed tamen in gratuis, vbi habent liberam potestate, possunt eum & priuare & non admittere. Exempli gratia. Sacerdos qui in confessione nouit impedimen tum matrimonij, si non est parochus, potest, & debet se excusa re: quia non tenetur matrimonium ministrare (nisi forsitan non posset se excusare sine periculo renelationis confessionis: nam tunc deberet eos coniungere) si tamen est parochus qui aliâste netur, tunc, quāuis posset se excusare sine periculo reuelationis confessionis (ait Petrus de Palude) niihilominus debet eos con iungere, quia habet in foro exteriori ius petēdi ab illo: quēad modū (inquit Adrian⁹) deberet ministrare sacramentū occulto peccatori petēti publicē, vt suprà dictū est. Sed profecto cred erim, cōtra Petru de Palude, q; si parochus posset citra omnē suspicionē aliqua arte impedire illud matrimoniu, pbē faceret. Itē si ep̄s, dum publicē ministrat ordines, videt accidentē eum, quē scit in confessione esse irregularē, aut aliâs indignū, de quo tñ examinatores testātur esse dignissimū, & ascriptū albo ordi nandorū, tunc debet eū ordinare: quia habet ius quodā modo in publico petēdi: nisi fortè citra omnē suspicionē posset illū ali qua arte dimouēre. At verò si ante illū articulū temporis subdi tus ille peteret examinari, & recipi ad ordines, posset & deberet episcopus illū excludere, prætexendo alias causas. Imò si aliter nequiret, posset pro libito nō admittere: postq; est ei liberū ad mittere quos voluerit. Quemadmodum prælatus in cōuentu, quālibet

quālibet cōsilio patrū destinētur religiosi ad ordines (quia nō cōpellitur iure præsentare quos patres censem) potest repelle-re illū, quē in cōfessione scit irregularē, aut alioqui indignissi-mum, assignādo alias causas. Nec hoc est reuelare confessionē: quia possent alij suspicari prēlatū id facere ex odio aut maleuo-lētia. Præterea si prouincialis nouit per confessionē, priorē, aut guardianū in ordinibus mendicātibus, scelerosum esse & perni-ciosum cōuentui: quia hīmōi officiū nō est ad nutū amouibile, nō potest prouincialis priorē amouere, sed in cōfessione admo-nere vt cedat officio: vel quārere alias causas ob quas posset in iudicio eū priuare: dum modo inquisitio nō capiat ansam à cōfessione. Si tamē officiū est ad nutū amouibile: vt si prælatus vi-carium suum, aut magistrum nouitiorum nouit in cōfessione perniciosos esse, tunc potest certè, & debet illos amouere: vel dādo aliās causas: puta quia festi sunt, vel subditis iā facietatem fecerunt & tādium, vel quia vult instituere alios, qui sunt sibi magis amici: quis suspicionē de se faciat acceptationis personarū. Et in hoc casu loquuntur. S. Thomas & Scotus loco citato, qñ dicunt, q̄ abbas potest amouere priorē: puta eum qui ad nutū est amouibilis. Ex hac regula sumendum est iudicium in elec-tionibus. Est. v.g. Petrus in cōmuni opinione dignus magistra-tu, quē tamē ego scio per confessionē esse indignū, & pernicio-sum. Re vera possum & debeo ipsum nō eligere. Quod omnes fatētur: quādo nulla suboriretur suspicio reuelationis cōfessio-nis. Sed quid si nō possum illum refragari, nisi aliquā generē suspicionē reuelationis cōfessionis? Sit em̄ casus Adriani, q̄ ego suadēbā priū electoribus vt eligerēt Petrum, quē censebā esse dignissimum: qui postmodum cōfitetur mihi, & oībus cōper-tum est, mihi esse cōfessum: vnde si muto sententiā dissuadēdo electionē illius, omnes coniūct me in cōfessione audiūsse indi-gitatē illius. Adrianus censet, q̄ si detur casus in quo nō possit quis refragari indignū, nisi quodāmodo reuelādo confessionē, debet eligere, nō solū minus dignum, sed indignum: nā, quanq̄ iure cautum sit, nē quis eligat indignum sub pœna priuationis vocis, & suspēsionis triennalis: vt habetur cap. Cum in cunctis. De elec. maius tamē est vinculum sigilli seruādi. Sed. S. Tho. in 4.d.21. absolutē respōdent, q̄ nullus debet eligere eum quē per confessionē

confessionē scit esse indignū. Et certè ita indubie tenendū est. At verò simul cōcedo, q̄ nunq̄ licet reuelare cōfessionē, vt quis excludat indignū. Sed tamē ille casus est impossibilis: & in phi-losophia morali nō sunt audiendi casus, qui sola imaginatione configuntur: nā ante electionē nullus habet ius vt eligatur. Et ideò quicunq; potest ipsum refragari sine reuelatione cōfessio-nis, aut allegādo aliā causam, aut eligendo aliū fortē, qui possit censerit tā dignus, aut de se generādo suspicionē, q̄ fecit ex igno-rātia, vel ex malitia. Maximē q̄ non tenetur obuiare cuicunq; suspicioni aliorū, postq̄ vtitur iure suo: quāuis alij suspicētur in genere aliquod peccatū nouisse in cōfessione. Quālibet credi-derim cum Palu. q̄ qui eligeret indignū, notum solum in cōfes-sione, non incurret poenas iure decretas in eligentes indignū, cap. Cum in cunctis. De electione. Ecce quot casibus nobis li-cet agere secundū notitiā, quam habemus in cōfessione, contra sententiā Henrici. Et cōfirmatur doctrina hāc. Nam re vera si ego scio aliquē subditū meū perniciosum esse cōuentui, nunq̄ eū substituerē mihi suppriorē, quāuis cōsilio patrū eligeretur: quia secundū constitutionē nostrā, quis tenetur prior cōsulere patres in tali electione, nō tamē tenetur stare cōsilio illorū. Si ta-mē teneretur stare electioni illorū, nō posset nō cōfirmare. Vnde si quis eligatur canonicē in episcopū, tūc cōfirmator, quāuis sciat per confessionē esse indignū, nō posset quassare electionē: quia iure cōpellitur cōfirmare eū, qui canonicē eligitur: nisi iu-ridicē possit exceptionē aliquā cōprobare: vt colligitur ex cap. Postq. & cap. Nihil. De elec. & electi pot. Secūs fortē prior no-ster prouincialis: qui nō cogitur quēq̄ cōfirmare in priorē, quis sit canonicē electus: sunt em̄ verba cōstitutionis. Piores cōuen-tuales prædicto modo electi, à priore prouinciali, si ei visum fue-rit, cōfirmentur. Et ideò posset forsan quassare electionē illius, quē scit per cōfessionē esse indignū: quanq̄ id nō debeat teme-rē, nisi pro graui causa, facere. Ex quo sequitur, q̄ magister (quē vocāt) nouitiorū, potest negare illi suffragiū ad p̄fessionē, quē per cōfessionē scit esse cōtagiosum & perniciosum domui. Pre-fertur em̄ nouitijs, nō solū vt eos instituat, sed vt iudiciū morū sumat, etiā per confessionē. Fateor tamē summā illi adhibendā esse cautelā, vt citra suspicionē prælato denunciet nō esse aptū ad reli-

ad religionē, exaggerando alios defectus naturales. Absit tamē vt in particulari, genus aliquod peccatorū insinuet: esset em̄ grauiissimū sacrilegiū: & poti⁹ esset permittēdum vt mund⁹ piret. ¶ Quod si quis arguat in fauorē Henrici Gandensis, q̄ si liceret ex cognitione auditorum in cōfessione exteri⁹ agere cum pœnitente, tunc timerent hoīes cōfiteri, & fieret sac̄m graue: formidarent em̄ subditi cōfiteri prælato, & qui vt digni habentur magistratu, cōfiteri electorib⁹. ¶ Respōdetur, q̄ qui ex hac causa formidarent cōfessionem, nō haberent quid incusarent aut sacerdoti, aut sacramento: postq̄ cōfessor nō admittēs pœnitentem ad id, cuius nō habet ius acquisitū, aut priuās illū eo quod est in mera potestate ipsius auferre, nullā facit iniuriā, nec cōfessionē reuelat: nec nos vlo modo talē licentiā damus. Re vera si sacerdos plures haberet seruos, quorū vnū per cōfessionē sciret esse latronē, nullā ei faceret iniuriam, si pecuniā illi nō crederet, quā credit alijs: aut si domo pelleret: alia ficta causa: postq̄ aliās nō tenet illū alere. Nec hoc est reuelare cōfessionē, sed est, hominemēti iure suo per factū quod alij sinistrē sua culpa interpretātur. Præsertim q̄a hac via nulla suboritur suspicio reuelationis alicuius peccati in speciali. ¶ Aequa ratiō respōdetur ad vulgātū illū casum, si sacerdos qui iter habet cū latronibus, audiat cōfessionē vnius reuelatis, in aīo eos habere ipsum occidere intra nemus, an beat intrare potius nemus & mori, q̄ iter declinare, cū periculo reuelatiōis cōfessionis. Ricardus em̄ ita censet faciēdum. Et quidē cōcēdo, si casus esset possibilis, quo aut reuelāda esset cōfessio aut moriendū, potius moriēdum esse. Sed tamē quia in re morali loquimur, nullatenus admittimus talē casum. Potest nanq; aliō diuertere, aut manēre, aut retroire, fingēdo se aliquid esse oblitū. Quemadmodū si quis sacerdoti in sacris vinum ministraret veneno mistum, & post cōsecrationem, pœnitētia ductus, cōfiteretur ei in aurē, lethale poculū propinasse: nō tenetur illud sumere: quicquid suspicentur astantes. ¶ Alterum dubium est, vtrum saltē liceat sacerdoti reuelare cōfessionem pœnitentis, vt suum ipse cōfiteatur peccatū. V.g. in casu vulgato, vbi sunt tres tantum sacerdotes, & unus absoluī alterum, puta Petrum ab irregularitate, à qua nō potuit absoluere, & de hoc peccato nō potest plenē cōfiteri tertio sacerdoti, nisi

doti, n̄ dicat se malē absoluisse aliquē sacerdotē, & fuisse causam vt ille celebrasset in peccato: vnde tertius sacerdos colligit illum esse Petrum. Et videtur q̄ hoc liceat: quia, vt suprā diximus, tenetur quicunq; exprimere personā cum qua peccauit, si nō potest aliter explicare circumstantiā mortaliter agrauantem. Scotus, Palud. & Adrianus, & quotquot ego hactenus, & legi, & magistros meos audiui, cōsentient, q̄ qn̄ sacerdos nō potest explicare suum peccatū, nisi reuelādo sigillum, potius debet circumstantiā illā omittere, q̄ reuelare: nā maius est vinculū sigilli, q̄ expressionis circumstantiāe mortaliter agrauatis. Et inter legendū semp̄ ita censui: Nec volo mutare sententiā. Sed certè tamē nō est iam mihi modò adeò compertum, vti oēs existimat. Prīmō, quia ratio illorū falsum assumit: videlicet forti⁹ esse præceptū sigilli, q̄ cōfessionis. Nam cū vtrunq; sit diuinū, & signatio sigilli sit, ppter necessitatē cōfessionis, maius, cōtrā, vide tur esse præceptū cōfessionis, q̄ sigilli: quia, ppter vnū quodq; tale & illud magis. i. Post. præterea quia dicere aliquid in cōfessione sacrātali, & nō est diffamāre: aliās nō liceret noīare aliā personā ad exprimēdum circumstantiā proprij peccati: ergo, cādē ratione, quod illic dicitur nō est censenda reuelatio cōfessionis. Exēpli gratia. Commisit sacerdos nefandū incestū cum matre, quā vincibiliter ignorabat esse matrē: quæ postmodū cōfitetur filio, eā esse ad quā accessit. Sacerdos nō pōt cōfiteri totā grauitatē stupri, nisi exprimat se cōcubuisse cū matre: ergo videt, q̄ pōt illā circumstantiā cōfiteri, nō obstāte q̄ illā nouerit per confessionē. Nam si nō audisset in cōfessione, tenebatur noīare matrē (vt dicit S. Tho. 4. d. 16. q. 3. & Durand⁹ ibidē. q. 4.) quod nō liceret, si persona quæ exprimitur in cōfessione aliquo modo infamaretur: ergo quāq; vna cōfessio recitetur in alia, illud nec est infamatio, nec reuelatio cōfessionis: postq̄ dicitur sacerdoti, tā q̄ Deo, cui nihil est secretū. Defendēda ergo est opinio cōis alia ratione: puta quia præceptū sigilli est negatiū, de re intrinsecē mala, quēadmodū mētiri: & ideo nulla prorsus de causa licet illud reuelare. Quod certissimū est. Sed hinc res pēdet an cēsenda sit reuelatio confessionis, illa quæ fit in alia confessione. Quod posset fortē, nec absq; probabili ratione inficiari. ¶ Tertium Dub. 3. dubium est, vtrū si sacerdos nouit in cōfessione pœnitētē esse excom-

MEMBRI TERTII.

excommunicatū, vel quenq; aliū, ex violenta percussione cleri-
ci, teneatur postea illū vitare. Et videtur q; sic (saltē priuatim) nā
cap. Cum nō ab hoīe. De sententia excōicationis: habetur, q; si-
cui soli patet huiusmodi sacrilegiū, ille priuatim tantū vitabit.
¶ Scotus respōdet, q; si confessor potest eum vitare, taliter vt in
de nulla fiat suspicio proditionis cōfessionis, debet eum vitare:
aliās nō. Adrianus idē dicit in re: puta q; debet eū priuatim vita-
re, nō tamē publicē. ¶ Sed pfecto crediderim cū Ricardo, q; nec
priuatim tenetur eū vitare. Nam, cū priuatio excōicati sit solū
de iure positiuo, Ecclesia nō censetur loqui in dicto cap. de no-
titia quae habetur per confessionē. Quare cū hoc ipse adnotas-
set Scotus, nō cogebatur cōcedere, q; tenebatur sacerdos aliquo
modo vitare talem excōicatum. Præsertim quia non licet con-
fessori improperare peccata ipsi pœnitenti post absolutionē: &
tamē si illū priuatim vitaret, per hoc reuocaret peccata in memo-

Dub. 4. riā eius. ¶ Quartum dubium est: Vtrum de licentia pœnitentis
liceat sacerdoti cōfessionem reuelare. Alexan. de Hales. 4. p. q.
78. membro. 2. & Scotus & Duran. in. 4. d. 21. negāt posse sacer-
dotē de licentia pœnitētis reuelare cōfessionem. Ratio Alexan.
est, quia sacerdos id scit solū tanq; Deus: ergo nō sufficit licentia
hoīs, vt reueletur: quod est dicere: De iure diuino prohibita est
reuelatio: in qua perinde nec Papa dispensare potest: ergo nec
pœnitēs, à fortiori, potest dare facultatē reuelandi. Addit Durā
dus. Notitia sacerdotis nullo modo sufficit vt possit, in quantū
hō, dicere citra mendaciū, se illud scire (vt supra dictū est) ergo
q; quis id proferat de licētia pœnitentis, adhuc dicit mendaciū. S.
Tho. Bonaventura, & Petrus de Palude cōtrarium autumāt. Et
in re quidē nulla est cōtrouersia. Nam & primi doctores cōce-
dūt, q; si pœnitēs extra cōfessionē narret iterū sacerdoti, cū fa-
cultate reuelādi, ea quę cōfessus est, pōtilla tūc reuelare: sed ne-
gāt, q; si pœnitēs extra cōfessionem tñ dicat: cōcedo tibi facul-
tatē reuelādi quę cōfessus sum: sufficiat illa facultas. Quā tamē
S. Tho. & alij censem sufficere. Et pfecto ita absq; dubio credi-
derim. Si enim quis cōfessus est furtū. 100. aureorum, nihil peni-
tus refert, dicat ne postea sacerdoti: reueles me furatum esse. 100.
aureos, an, reueles hoc quod modō cōfessus sum: nam idē latīnē
pollent orationes hmōi in tali casu. Item pōt quis dū cōfitetur
narrare

Q V A E S T I O. IIII.

Fol. 95

narrare peccata tñ semel, sed vtraq; ratione. s. & vt absoluatur,
& vt reuelentur: quia dicens: vt reuelentur: insinuat se non solū
dicere in cōfessione: ergo postq; est absolutus potest explicare
candē intentionē: videlicet q; reuelentur: q; quis nō iterum narret.
¶ Et ad argumenta in cōtrariū respōdetur, q; dū pœnitens facit
facultatē reuelādi, facit subinde vt sacerdos nō solū sciat vt De⁹,
sed vt hō: & per cōsequens pœnitens nō dispensat in iure diu-
no, sed facit q; illud sciaſ extra sigillū. Nec inde sequiſ aliquod
detrimentū cōfessionis: nec scādaluſ: quia præceptū sigilli po-
sitū est in fauorē pœnitētis: cui subinde pōt pro bono suo renū-
ciare: quemadmodū maritus, cui vxor obsequiū debet, pōt illi
cōcedere, vt votū faciat castitatis. At nō debet sacerdos facile vti
huiusmodi licētia: nisi, ppter magnū bonū pœnitētis: & in gra-
ui eius necessitate: & q; nō cōstat pœnitentē libera eā volūtate cō-
cedere. Vñ si præsumereſ metu id sacrilegi iudicis, aut cuiusuis
alteri⁹ facere, nō debet ea sacerdos vti: nē sit & ipse sacrilegus. Et
adnotēt sacerdotes, q; q; quis nō egeāt licētia pœnitētis, vt in gene-
re cōsulāt peritiores de cōfessionibus, tñ reuelare personā pœni-
tentis non possunt sine eius facultate. Quare si mauult pœni-
tēs in pētō manere, q; se reuelari, abeat in noīe dñi. Nec ipsi pœ-
nitenti post absolutionē, debet quoquo mō sacerdos reuocare
pētñ in memoriā: nec ḡrā fraternā correctionis, nec cōsolatio-
nis, nec aliquo modo. Neq; em̄ villa ratiōe cōsenserim Petro de
Palu. q; in occulto liceat sacerdoti pœnitētē admonere: nā q; quis
hēc fortē nō esset reuelatio sigilli, quę cauetur in iure, tñ maxi-
ma inde verecūdia suffundereſ pœnitēs, atq; adeō fac̄m mole-
stū reddereſ. Et ideo quāq; sacerdos videat pœnitentē cōtrariū
agere, q; iniunctū est in pñia, oīnō dissimulet. ¶ Hoc veruntamē
est, quod v̄hemētius sacerdotē mouere solet. Quid si sacerdos
absoluēs, intolerabilē cōmisit errorē: puta quia absoluit nō su-
bditū, aut excōicatū, à casu reseruato, aut omisit iubere restitu-
tionē æris alieni, in præiudiciū tertij. ¶ Fertur tpe cōciliij Basiliē-
sis inter magistros quibus intererat Ioānes Nider, quæſitū esse,
an. cōfessor qui male absoluit à casu reseruato, postmodū habi-
ta facultate superioris debeat absentē & insciū absoluere, poti⁹
q; adire pœnitentē. Illius tamē disputationis copia nusq; extat.
¶ Ad hoc respōdetur primō, q; nullo modo licet absoluere ab-

N sentem,

sente, saltē ignorantē an absoluatur: primō, qā cōfessio est actus personalis, vt patet in forma: absolu te: & ideo debet fieri inter præsentes. Itē quia absenti nō potest sacerdos imponere pœnitentiā, neq; eū in futurū admonere: quod requiritur ī sac̄o. Et tertio, præsertim quia forsan tunc ille qui absolueretur esset in p̄ctō: & est sacrilegiū absoluere eū, qui nō p̄sumitur esse in ḡa. Dixerim: absentē & ignorantē: nā forsan posset pœnitēs absenti sacerdoti mittere cōfessionē scriptā, & sacerdos rescribere absolutionē: vt ait Palud. in. 4. d. 17. q. 2. De quo aliās. Secundō cre diderim, q̄ nullo mō licet sacerdoti errāti in absolutione, cōuenire iterū pœnitētē de p̄ctis, memorādo aliquod p̄ctm in par ticulari. Primō qā, vt diximus, hoc est exprobrare illi p̄ctm: vnde, pfecto odiosa redderetur cōfessio. Et secūdo, qā posset tunc pœnitēs negare se tale fuisse cōfessū, & obiurgare cōfessorē: vñ facile orire scādalū. Et tertio, qā id nō est necessariū. Postremō ergo colligitur, q̄ debet tūc sacerdos adire pœnitētē: & dicere se errorē cōmisissē grauē in cōfessione: & ideo si vult aut iteratō cōfiteri, aut facultatē facere loquēdi de cōfessione, tūc explicabit in particulari defectū. Per quod & cōfessionē nullaten⁹ dete git, & abūdē satisfacit p̄ errore p̄terito. Nā tūc pœnitēs tenetur ad cōfessionē redire, aut cū illo sacerdote aut cū alio: quod si re

Dub. 5. nuit, culpa quę fuerat sacerdotis trāsfunditur in ipsum. ¶ Quin tum & postremū dubium est, vtrū licitum sit sacerdoti, qui alia etiā via, q̄ per cōfessionē, crimē nouerit pœnitētis, illud prode re: atq; adeò in forum exterius deferre. ¶ Opinio fuit negatiua Altissiodorēsis. 4. p. q. De sigillo: & aliorū antiquitūs. Vbi ait, q̄ si cōfessor nouit aliās crimē pœnitētis, nō debet illud in cōfessione recipere: sed si recipit, tunc siue anteā nouerit alia via, siue post, totū clauditur sub sigillo. Et pbatur qā in ca. Oīs vtriusq; sexus. sine exceptiōe, phibetur p̄ctm in pœnitētiali iudicio, de tectū reuelari. At vero oēs ab illo tpe doctores cōcorditer affir mat cōtrarium. 4. d. 21. Nam, vt dicit illic. S. Tho. dum hæc opinio nimium sigillo tribuit, præiudiciū veritati & iustitiæ facit. Non est ergo dubiū quin liceat reuelare p̄ctm, quod notū est alia via. Probatur: qā sacerdos per id quod audiuit in cōfessionē, nullū amittit aliud ius quod habet: sed si nō audisset in cōfessionē, habet ius dicēdi id, quod aliās nouit: ergo siue illud nouerit

antē

ante cōfessionē, siue post, iure potest reuelare: aliās clype⁹ esset pernicioſis hoībus, dum Ecclesiā corā sacerdotibus furto expo liasset, illis cōfiteri, vt os obstruerēt accusandi. Et secundō. Si hmōi sacerdos vocaretur in testē, nō possit iuratus respōdere ci tra mendaciū se nescire, si est aliās publicū: postq; scit vt homo: ergo tenetur cādidē respōdere veritatē. Sed res lucidor est q̄ vt pluribus egeat testimonijs. Imō verò nō solū si sacerdos aliās vi su aut experientia id nouit, sed si indicia habet legitima, potest id in iudiciū deferre. Exēpli gratia. Si dum latro cōfiteretur, mar supium sacerdotis abscondit, q̄uis cōfiteretur tunc de furto, po test eū accusare in iudico. Non solū quia illa nō p̄sumitur cōfessio & accusatio, sed simulatio, vt suprā dixim⁹: at quia potest allegare manifesta indicia: puta tali hora furtū factū, & neminē aliū intrasse domū: fateor tamē cauendū esse maximē scanda lum: vt videlicet sacerdos quæ audiuit in cōfessione nō pandat, nisi in promptu possit cōprobare causas, vel indicia quibusid aliās nouit: nē oriatur suspicio reuelationis confessionis. Et hæc de abditissimo sigillo cōfessionis. ¶ In secretis sæcularibus sunt qui opinantur, neminē vñq; constringi ea seruare cū dispēdio vitæ: sed cum nō descendat ad species secretorū, nimirū si rem nō satis inspiciat: Inter hēc ergo primū locū tenet secretū quod ad rē pertinet publicā. ¶ De quo statuitur sexta cōclusio. Qui locum tenēt & officiū publicū, tenētur ex genere rei, fidē serua re secreti, si opus fuerit, cū dispēdio vitæ: vt sunt senatores, cōfiliarij, scribæ, alijq; id genus. Et primō si renelatio secreti vergit in grauē malū Reipublicæ, tunc nō solū psonæ quæ sunt in ma gistratu, sed quicunq; priuatus cuius, tenetur vitā exponere, anteq; id detegat. Vnde l. Omne delictū. ff. De re militari. Explora tores qui secreta nunciāt hostibus, pditores sunt, & capitis pœ nas luunt. Sed aliud præterea asserit cōclusio: videlicet q̄ illi qui bus officio publico incūbit, tenētur s̄pē s̄piūs mori pro cælā do secretō Reipublicæ, qñ priuati hoīes nō tenerentur. Proba tur: quia media, vt s̄pē diximus, p̄sanda sunt ex fine: & secreta Reipublicæ sunt propter salutē totius populi: ergo illi quibus tota res publica arcana sua cōmisit, & quibus stipēdia pro huius modi officio p̄edit, quiq; peculiari sac̄o fidē astringūt, multo maiori vinculo tenentur seruare secretum, q̄ alij de plebē: atq;

N 2 adeò,

M E M B R I T E R T I I.

adeò, si res tāti sit momēti vt id postulet, vitā cū reliquis bonis tenenſ in ea causa exponere. Et vocamus causam Reipublicæ, causas etiā particulariū personarū, quę tractātur in iudicio publico. Vñ iudex q̄ causam audit in qua de re grauissima decertatur, vt de vita, aut de maximo honore, vt de ducatu, aut alia magna hæreditate, si inuaditur ab aliquo litigatiū sub cōminatione mortis, vt merita causæ, pdat, debet poti⁹ gladio succubere, q̄ fidē secreti frāgere. Et idem crediderim de scribis, quorū fidei, causæ graues cōmittunt. In rebus verò minoris momenti, q̄ quis nō teneanſ vitā dare, vt fidē seruēt, tenenſ tñ, p̄ rei cuiusq; qualitate. Atq; id maximè in sancto cōcilio & foro, quo res fidei aduersus hæreticos tractātur. Nā & inter gētes celebratissima semp fuit fides secretorū de Republica. Vnde Aul. Gell. ex Marco Catone refert li. i. noct. atti. Papyrio illi puero honorē maximū habitū esse: eo q̄, dñ in senatū cū patre fuisset admis⁹, & mater audiſſimē eū percōtaretur quidnā patres egilſent, matrē excogitato cōmento, & mendacio delūſit, q̄ senatus arcānū cōlaret. Ob idq; nōmē illi inditū est, Prætextatus. i. abscondit⁹ & cōtect⁹: quod deinceps pueris Romanis successit. Et Pōpei⁹, vt authore est Valerius Max. li. 3. cum à Gentio rege captus, senatus confilia p̄dere iubereſ, igni digitū cremādum præbuit: qua patientia ostēderet se potius tormētis perditū iri, q̄ secreta senatus panderet. E: Fuluius tpe Augusti, cū senatus secreta pāderet vxori, pœnā dedit capitis. Hac ratione (vt inquit Valerius li. 2. fidū tūc erat & altū Reipublicę peccatus: cura, filētijq; salubritate munitū). Inter priuata id maiore vinculo ligat, qñ quis p̄ iniuriā, hoīs secretū, vi fraudēve extorquet. De quo sit conclusio septima. Qui iniuria, hoīs secretū expressit, teneſ illud, si res sit magni momenti, etiā in mortis discriminē, cōtegere: vt Dallia, quæ muliebri improbitate mysteriū capillorum à Samsone extorsit, tenebatur mortem pri⁹ obire, q̄ id Philistheis prodere. Probatur. Tenetur quicunq; mortem priūs oppetere, q̄ hoī famā auferre (maximè si fama sit valde magna & p̄tiosa) sed qui per iniuriā secretum alienū extorquet, famā ab illo deprædat: ergo tenetur potius mori, si res sit magni momēti, q̄ ipsum diffamare. Eò vel maximè, si periculū inde imminet vitæ. Vñ qui q̄b signatas literas alienas in ala fide aperiūt: q̄a illa vis est, & iniuria:

Q V A E S T I O I I I I.

Fol. 97

iuria maiorī vinculo tenenſ secretū illud seruare, q̄ si id alia iusta via cōnouissent. Fuit enim semper celebratissima religio in literis alienis abscondēdis, & cēlādis, vt frequentib⁹ historijs memoriæ proditū est. Secretorū q̄ citra iniuriā dephenduntur, primū genus est, qñ quis data fide arcānum alienū suscipit custodiēdū. De quo ponitur octaua conclusio. Nemo tenetur secretū quod fide recepit, seruare cū dispēdio vitæ, aut alia grādi iactura honoris, aliorūme bonorum. Hoc nō aliter pbaſ, q̄ p̄ huiusmodi obligatio nō oritur ex iustitia, aut ex publico officio, quo teneſ seruare secretū, sed ex sola liberalitate & bonitate p̄mittētis fidē: & nemo p̄sumiſ promittere id, ad quod aliās non tencbatur, cū tāta iactura & dispēdio. Qui. n. pecuniā aimi ci recipit in deposito, non tenetur cū tāta iactura & detrimen-
to eā tuēri. Sed nihilomin⁹ viri, pbi erit, p̄ rei cōditione & mag-
nitudine iacturā in, pprijs bonis facere, vt arcānū ita receptū
ptegat. Neq; admitto argumentum, q̄ in hac parte aliq vtunt,
vt quocūq; casu licet reuelare ppriū secretū, liceat subinde re-
uelare alienum. Nā homo dñs est propriæ famē, & nō est dñs
alienæ: & ideo pōt aliqñ propriā famā exponere (quia in hoc
nullifacit iniuriā) qñ tñ tenetur custodire alienā. Graphicè sa-
nē fabulantur poetæ, pœnā illi⁹ qui secretū sub fide receptum
nō seruat, in Battō illo pastore, qui ppter secretū qd' fide rece-
perat, reuelatum, in lapidei versuſ eit: alioqui mutum, sed qui
ea ppetuō laboraret infamia, vt secretum auri, etiā silentio ma-
nifestaret. Nonā conclusio. Quādo quis casu nouit alienum
secretū, quis teneſ illud contegere, etiā sub peccato mortali, si
res est tāti momenti, tñ non tenetur grauia pati vt illud calet.
Hoc facile pbaſ: quia solū teneſ seruare ex charitate, sicut tene-
mur seruare res amicorū, qñ id possum⁹ sine graui dāno nō.
Tametsi nōnūq; consilium fuerit, mortē pri⁹ oppetere, q̄ hmōi
secreta reuelare. Et hæc de alieno secreto. Secretū cuiusq; ppriū lōgum nobis mō negotium exhiberet, nisi mēbro. i. q. 3.
amplissimē res effet tractata. Hoc vnum ergo in hunc locū re-
iecim⁹, an teneatur hō tormēta, atq; adeò mortem ppeti, anteq;
iniuslē interrogat⁹, ppria crimina prodat. Vbi decimā astrui-
mus cōclusionem. Nemo tenetur mortē pati, aut immania tor-
menta, vt ppriū crimē abscondat. Loquimur de his qui in ecu-
io. Cōcl.

N 3 leo

MEMBRI TERTII.

leo præter ius interrogant: nam si legitimè interrogaretur, etiā citra tormenta, tenerent veritatē fateri. Probatur conclusio his suppositis q̄ loco citato satis corroborauimus, aduersus dñm Caietanum: videlicet hoīem habere dñm suā famā, sicut bonorū exteriorū: & q̄uis sit peccatum, famā prodigere, & q̄nq; mortale, tñ licitū esse cuilibet, pro causa iusta eā exponere. Vñ sumit argumētū. Pōt quis pro iusta causa famā exponere: sed pdere propriū crimē: ex gñe suo, nihil aliud est, q̄ se hoīem infamare: ergo illud licet ad seruādā vitā: nā profectō vix pōt dari causa magis iusta. ¶ Et cōfir. quia vita mai⁹ bonū est q̄ fama: imò vita caput est oīm bonorū: ob idq; vniuersa q̄ hō habet, dabit pro aīa sua: Job. 2. ergo si quis posit⁹ in tormētis euadere aliter nō pōt, nisi proprium crimē detegēdo, certè, q̄uis iniustē interrogetur, pōt se prodere: postq; in hoc nemini facit iniuriā. Quēadmodū. n. vexationē illā & iniuriā grādi pecunia redimere posset, ita sanē pōt & iacturā in fama facere, vt vitā seruet. ¶ Et secūdō arguit ex cōi sensu hominū. Si quis & plurimū & vehementer cruciaret, & dilaniaretur, certè nō censere pusillanimis, si se proderet. Imò verò nō solū id licitū est, q̄n cōfitendo crimē pōt à tormētis liberari: sed q̄n p̄ cōfessionē cert⁹ esset capite plectēd⁹, posset vir fortis eligere semel mortē, anteq; vhehemētia & lōgissima tormenta pati. Eò vel maximē, q̄n nō spe raft tormentorū finis, vt s̄ape s̄api⁹ cōtingere solet. Sūt. n. q̄ tormētis tormēta cumulātes, pponūt aut animā miseri, aut cōfessionē verā falsāmve extrahere. ¶ Et tertio arguit. Pōt hō, vt illic dixim⁹, exponere p̄priā famā, p̄ fama amici, sicut vitā, p̄ vita: ergo pōt, à fortiori, famā exponere, p̄ vita, ppria. ¶ Quartō arguitur. Si qs me iniustē infamaret, & ego nō possem me aliter defendere, nisi exponēdo vitā, nō teneor periculo vitae famam custodire: ergo, eādē ratione possum in tormētis crimē pdere, vt inde me eximā. ¶ Quōd si qs arguat, q̄ si iudex iniustē me percōta, iniustē ego respōdeo. Certè cōsequētia nulla est: nā & latro iniustē me iuadit ī itinere, & tñ iustē ego cōcedo illi palliū nē me occidat. ¶ Addiderī, q̄ si hō ī iniustis tormētis falsō sibi crimē iponeret: dū mō id faceret sine iuramento, nō est menda ciū nisi officiosum & veniale: nec tenet aliq̄ modo ad restitutio nem famā: postq; nemini facit iniuriā. Palud. 4. d. 21. q. 2. in fi-

nc

Q V A E S T I O. IIII.

Fo. 98

ne dicit, q̄ mēdaciū huiusmodi est officiosum, in q̄tū se hō libe rat à tormētis: sed perniciosum, inquātum se diffamat, & astantes lādit mendacio. At re vera, nec infamare se adillum finem est perniciosum: nec astantes lādit: quia aut putant confessio nem esse verā, aut si intelligant esse falsam, non est tantūm scan dalum, hominem contra se mentiri, vt eo se liberet malo.

¶ A D primū argumentū respōdetur, q̄ quāq; vita sit præstan tior q̄ fama: nihilomin⁹ reuelatio criminis aliquā cedit in malū religionis, vt dictū est in prima cōclusione: & aliquā in malū pu blicum, vt dictum est in sexta: & aliquā in graue p̄iudiciū tertij, vt dictum est in septima. Quib⁹ p̄inde casib⁹ moriēdū est pri⁹, q̄ crimē reuelat. ¶ Et p̄ hoc respōdet ad cōfirmationē, q̄ quam uis iugū Dñi sit suave, nihilomin⁹ nos obligauit in dictis casib⁹, vitā exponere. ¶ Ad. 2. principale respōsum est in octaua, nona, & decima cōclusionib⁹. Quib⁹ ostēsum est, licitū esse ali q̄n reuelare secretū, aut alienū aut propriū, q̄n aliter vitā seruae nō possum⁹. At nō est par vbiq; ratio. ¶ Et eodē mō respōdet ad confirmationem, & ad tertium principale. Nec valet illud argumentum, vt suprā diximus, vt quocunq; casu liceat mihi reuelare secretum meum, cuius sum dominus, liceat subinde re uelaee alienum, cuius non habeo potestatem.

¶ E C C E quæ De ratione tegēdi & detegēdi secretum, sub censura sacrosanctæ Romanæ Ecclesiae, de exiguitate & penuria nostra præstare potuimus. Quæ in hoc opusculo tribus mēbris distributa sunt: perq; quatuordecim quæstiones disputata: atq; adeò octoginta duab⁹ conclusionibus absoluta: ad laudem & gloriā indiuiduæ Trinitatis: q̄ nos vtinā foeliciter in se creta illa diuinorum mysteria aliquādo recipiat: quæ nec ocu lus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt.

F I N I S.

Errata nonnulla leuicula, è medio tollan tur in hunc modum.

Folio. 3. facie. 1. linea. 1. lege, delictum. &. 5. ab imo lin. Aristoteles. fol. 4. fa. 2. li. ab imo. 7. intentionem. fo. 5. fa. 1. li. 7. Q V A E S T I O. lin. 2 1. pec catum. lin. 2 5. nocētem. fol. 7. fa. 1. in margine, Secūda cōclusio. fo. 1 2. fa. 1. lin. 14. famæ. fol. 3 1. fa. 1. li. 5. correptione. fol. 49. fa. 1. li. ab imo. 7. Rha damāthi. fol. 68. &. 70. fac. 2. in titulo, M E M B R I. III. fol. 7 2. fac. 1. linea infima, æquales.

Portat Aue Christo,



Ac ita, Portonarius, Almae.

b16721287